SACRAE CAES. MAI.

Conſiliarii , & Rei Antiquæ , nec non feriundis Numiſmatibus Præfecti

CAROLI GVSTAVI HERAEI

INSCRIPTIONES ET SYMBOLA VARII ARGVMENTI.

Noribergæ ,

Apud. Petr. Conr. Monath A. MDCCXXI.

REVERENDISSIMO ET EXCELLENTISS. VIRO

IOANNI PAVLO DE BIGNON,

S. QVINTINI ABBATI,

CHRISTIANISS. REGI A CONSILIIS STATVS
ET BIBLIOTHECA,
ANTIQVAE NOVAEQ. VRBANITATIS ARBITRO;
NEC NON
(CVI TANTA CVM DIGNITATE ET AMPLITVDINE
PRAEEST)
ILLVSTRI REGIAE,
ELEGANTIORVM LITTERARVM ET INSCRIPTION.

ACADEMIAE,

QVAE GALLIAM MONIMENTIS ORNAT
AC LITTERAR. VBIQ. REMP.
AETERNIS PRAECEPTIS INSTRVIT,

HAEC TENTAMINA.

VT ILLIS IVDICIBVS ET MAGISTRIS
IN PERPETVVM COLENDIS SE OBLIGET.

eorum obſervantiſſimus
C. G. Heræus.

EPI-

EPISTOLA
AD
SAC. CAES. ET CATH. MAI.
ABSENTEM
Cum Numiſmatum delineationibus
quibusdam demiſſiſſimè data.
An. MDCCXI.

OMNIVM
AVGVSTISSIME IMPERATOR,

Domine Clementiſſime,

NOn auderem ad SACRAE CAES. & CATHOL. TVAE MAIESTATIS laureatum pulvinar aditum moliri, ego tantillæ ſortis homo, niſi me turba ovantis populi, publicis acclamationibus exſultans duceret. Immò niſi me raperet fiducia, quam captus percitusque immortali Tua gloria ſemper poſui in Patrocinio,

à SACRA CAES. TVA MAIESTATE ne armata quidem, non ſolum non denegato literis, ſed ſponte oblato. Nam ex illo tempore, quo Divus Imp. IOSEPHVS neglectis in hunc diem Imperatoriis rebus antiquis in ordinem redigendis & deſcribendis me clementiſſime præfecit, non ſemel me armorum ſtrepitus, Muſis minus favens, coëgit optare Auguſti ſæculum. Iſta verò nunc orbi imminet felicitas, ubi clauſura mox Ianum fortuna redux advexit nobis AVGVSTVM,

- - - - aurea condet
Sæcula qui Latio.

Eſt ea populi Romani Antoniniana felicitas, ut victor gentium philoſophetur, ut imperet amans ſapientiam. Nec eſt, quod timeam eorum obtrectationes, qui hoc meum officium novum dicunt & inuſitatum. Falluntur, qui putant, eum olim fuiſſe Sereniſſimæ Familiæ Auſtriacæ litterarum neglectum, ut Majorum imagines, Romanæ ſuæque gentis gloriam, rerum geſtarum monimenta, virtutis exempla, doctrinæ temporumque faces, orbis literarii theſauros, inertia ſepeliri paterentur. Habuit primus ſcientiarum Inſtaurator CAES. MAX. I. re-

rum

rum antiquarum Commentatorem Cuſpinianum, IMP. FERD. I. Numophylacii Imperatorii Conditor Lazium, IMP. MAX. II. Sambucum, IMP. RVD. II. Octavianum Stradam, Nobilem Aulicum & Antiquarium; Ultimum quidem illum, poſtquam ſævus Mars hanc artem inter arma juſſit ſilere. Quid verò eſt, quod illam infelicium temporum noctem fugare nunc vetat? Quid eſt, quod ſperare non liceat ſub altero CAROLO QVINTO? Hujus tantæ TVAE Gloriæ intereſt, AVGVSTE, ne artes, quæ animum inſtruunt, viliores ſint mercenariis, aut luxui inſervientibus; atque ne fraudes turpeque lucrum ignorantes à felici ſcelere contemnantur. Non equidem in me cadit iſta arrogantia, ut velim me æquare prioribus Antiquariis, qui Cæſarea munificentia ſcriptis jam claruerunt. Tamen non deeſt prærogativa ex inſigni, qui numariæ rei poſt eorum demum tempora acceſſit, cultu. Neque (ſi majorum decora, quibus ætas noſtra fruitur, obſoletis non poſtponere fas eſt) minorem campum ad induſtriæ curſum aperit apparatus recentiorum Numorum, qui Moderni dicuntur. Non

intelligo poſtremos omnes, quos promiſcui honores & cudendi licentia deturpant, quosve nulla vel in excogitando ingenii vis, vel in elaborando ars commendat; minùs eos, quos, utcunque elegantes, monetarii marculi feriundo reddunt adeò Archetypos, ut nequeant, ſi percuſſi non ſint, in verorum cenſu computari. Verum reſpicio prima poſtremorum Sæculorum fuſa numiſmata, quorum collectas per XVI. Annos integras ſeries poſſideo in formis plumbeis, ſervatis cautione aurifabrorum, quibus aureæ vel argenteæ dabantur liquefaciendæ. Sunt verò ita comparatæ, ut imagines Numiſmatum, in nobiliori metallo per ignorantem avaritiam deperditas, poſteris ex iis liceat reſtituere; atque (reparantis ſi accedat ſcalpri diligentia) Archetypas facere modo eôdem, qui primas ceras metallo commutavit atque ſervavit. Ut enim Cuneus monetalis feriundo, ita πλαςικὴ flando, nec aliter, ſignat. Poterit his curis novam in lucem revocari noſtri temporis Hiſtoria, cum aliquando S. T. CAES. MAIESTATI clementiſſimè placuerit, eorum inſtauratione monimentorum Tua, quæ jam adſunt, quæque aliunde adhuc conquiri poterunt,

locu-

locupletare, atque ita bene de præterita, bene de futura ætate mereri. Servet Deus Tuam, Optime Princeps, SAC. CAES. MAIESTATEM humani Generis bono!

SACRAE T. CAES. ET CATHOL. MAIESTATI

Subjectiſſimus.

CAESARI.

Poſonium cum Numiſmatum quorundam delineatione demisſiſſime tradita Epiſtola.

O M N I V M
AVGVSTISSIME IMPERATOR,
Domine Clementiſſime ,

LIceat per ſummam SACRATISSIMAE TVAE CAES. CATHOL. ET APOSTOL. MAI. Clementiam mihi , dum Triumpho Regali abſens acclamo , cum aliis ea frui publici gaudii voluptate, quam ſors præſenti denegat. Nullum enim eſt adeò verecundum ſilentium , quo poſſit contineri animus plenus jam non illa ſpe , quæ primos meos auſus qvum inaugurararetur CAESAR alter, alter A V G V S T V S accenderat ; ſed ipsâ eorum , quæ coram mirari datum fuit , imagine, eoque ſplendore, qui ſupra omnes purpuras tantùm infandis meritis , quantùm Dignitate poſitus eſt. Imagine, inquam, virtutis militaris, cujus Majeſtatem, ut in caſtris antè nec contubernii æqualitas viliorem , nec armorum tractatio rudiorem pacis artium , nec aſpera periculorum impolitiorem

rem, nec diſciplinæ exempla auſteriorem reddiderunt; Ita in ſummo rerum humanarum faſtigio auguſtus fulgor voluptatibus æquè infractam, æqua comitate gravem, æqua gravitate civilem ſiſtit. In iſto Heroicarum cumulo virtutum, quibus diverſo modo orbem beas, CAESAR, ignoſcat S. CAES. MAI. ſi imperare mihi non poſſum, ut taceam eum optimarum artium amorem, qui Muſas & olim in contubernium & nunc inter aulæ fortunæque delinimenta, inter ipſas de Republica Chriſtiana curas, in ſupremum ſolium admittit. Tantum hoc nomine S. TUAE CAES. MAI. de ſervato Palladio debet publica res, & maximè litteraria, ut ingratiores utræque nequeant deprehendi, quàm illa ſuas opes, hæc artes in laudes Tuas effundere ulla ætate ſi ceſſet. Habent vero litteræ artesque inter ſua monimenta vix auguſtiora, nec perennatura magis, quàm Numismata. Quorum ad artem dignam priſca Romani Imperii Majeſtate, dignam CAES. TVAE MAIEST. gloriâ excolendam non deerunt artifices, quia, quod maximum & primum eſt, non deeſt Auguſtus. Interim ſupplex deprecor pro mea temeritate, quæ nulla virium, ſed novi auſpicii fiducia audet hôc

qua-

qualicunque ſpecimine (*) CAROLINA Gloriæ & ſcientiarum amantioribus ſpem facere futurorum Numiſmatum, dum ex ſpectamus parem aut majorem Sculptorum induſtriam, quàm fuit illa, quæ à tempore Imp. Caroli V. ad Imp. Ferd. III. aut in poſtremis Numiſmatibus Sedis Apoſt. Parmigiani, Hamerani &, Germanicis Cormanni & Abondii, Tobiæ Woſt, Kochii, S. Urbani, &c Gallicis Cheronii, Varini, Maugerii, Anglicis Rottierii, Svecicis Carlſtenii & Richteri, Brandenburgicis Falzii, Belgicis averſis Schmelzingii &c. poſteritati ſe nunquam non commendabit. Ut tandem TE CAESAR AVGVSTE, daturum ingentia huic operæ exempla, DEVS ter O. M. ſervet diu ſoſpitem atque incolumem, hæc verò ſunt Chriſtiani Orbis Vota, hæc mea ſunt

SACRAE CAES. CATHOL & APOSTOL. MAIESTATI

Subjectiſſimi.

(*) Offerebatur Numisma Coronationis Hungaricæ.

SPECIMEN
NVMISMATVM
Aliquot ex iis, quæ in
IMP. CAES.
CAROLI VI.
Hiſtoria Numiſmatica
Succeſſu temporis ſunt continuanda.

Numiſ.

Numiſmata, quæ recenſet ſequens Catalogus, inveniuntur cuſa in Officina monetali Vindobonenſi.

DE quibusdam Averſis ſtatim monendum eſt: illas cùm tempore elaborandas eſſe pari induſtriâ quâ novæ in lucem prodibunt; adeoque reſtituendas eſſe & ſculptorum arte magis perficiendas quàm primo conatu apparuerunt. Eum ad modum quem exhibent quædam his deſcriptionibus præfixæ adumbrationes mutatæ. Nam cum exprimendis cogitati defuerint Prototypi exactè delineati: excuſandus ſum deſtitutus veræ artis delineandi peritis: qualibus gaudet Gallica Inſcriptionum Academia. Etiam excuſandi ſunt Numiſmatum ſculptores, non inſtructi ſubſidiis, quibus erant juvandi, & quæ ſolertiâ, nullis cedente impedimentis, demum fuerunt conquirenda; ne quid committatur in AUGUSTI noſtri artibus faventem gratiam, quæ hanc ætatem longè, quam invenit, politiorem relinquere non deſiſtit. Quod ad ipſas attinet inventiones, non aliorum ſector arbitrorum ſuffragia quam eorum, qui poſſunt antiquorum numiſmatum elegantiam ſecernere à novorum confuſis Symbolis, imaginibus inepte ordinatis, inſcriptionibusque, nihil minus redolentibus, quam priſcarum gravem ſimplicitatem. Atque omnibus ſi placere non licet, iis tantum non diſplicere enitar, qui ſciunt absque ſervo imitamine recentiora priſcorum habitu induere, & novis antiqua miſcere, ut hæc nova videantur. Habet in priſcis numis Imaginum Inſcriptionumque naturalis concinnitas ſublimius quid & magnificentius, quàm nova aut affectatæ artis, aut diffuſæ orationis pompa: Eſtque ad imitandum eò difficilior, quò in imaginibus fictum verò eſt ſimilius, & quò ſtilus, præter dictionis puritatem, rebus quam

uam verbis eſt refertior. Dolent experti, antiquam ianc ſimplicitatis majeſtatem, quæ ab Auguſti tempore n eloquentiæ, picturæ, architecturæ, ceterisque operi- ous elucet, felicius poſtremis ſæculis fuiſſe in aliis, quàm n numiſmatum ſymbolis, redditam. Quum tamen numiſmatum ſit munus, reliquorum monimentorum noles paucis ita complecti, ut digna ſint, quæ non ipſa olida ſtructura uno in loco, ſed artis eminentiâ omnium n manibus ævum agant.

Artem verò quis eſt, qui quærat in ſola externi operis cura? Ecquis etiam non miratur, illo ipſo tempore, quo majores noſtri antiqua numismata imitari & æmulari cœperunt, minùs de inventione, quæ anima eſt, quam de imaginum elegantia fuiſſe cogitatum?

Illam ingenii artisque conjugationem continuo exemplo primum huic ætati reſtituiſſe; ea verò gloria eſt, quam vix alia recentiora numiſmata Galliæ dubiam faciunt in Ludovici XIV. monimentis, imitatione quam invidentia dignioribus. Eſt enim tempore illis poſterior brevis, ſed egregia ſeries numiſmatum, qua Illuſtriſs. Spanhemius geſta Friderici Primi Boruſſiæ Regis celebravit; Gallica certè poſtrema nationum aliarum (excipienda eſt Italia) ingenium ſuperant, ſi non artem. Quandoquidem Anglicorum & Suecicorum numismatum bona pars, ſculptorum præſtantiâ cedit pauciſſimis.

Eſt aliquid prodire tenus, ſi non datur ultra.

NB. Sequentium numiſmatum quædam, ut pag. 19. p. 25. p. 65. &, quæ illud excipiunt, Bohemica, non percuſſa, ſed cera tantum ſunt efficta conflataque.

Adven-

J.A. Delſenbach fecit.
HERCVLI MVSARVM GADITANO
ET ROMANO PRIMITIAS.

Adventus S. C. & Cath. Maj. In Italia.

In prima fronte:

:aput Cæſaris coronatum laureâ Bello partâ.

ıſcr. IMP. CAES. CAROLUS VI. PLURIMARUM UTRIUSQUE ORBIS PROVINCIARUM REX.

IMPERATORIS Titulus, qui Belli etiam Ducibus Victoribus dabatur, cum *Principi Romano* tribuitur in Numis, Prænominis inſtar, præcedit. *Cæſaris* cognoıne, abſque *Auguſti* appellatione, ætas Romana ſalutabat andidatos Imperii. Junguntur hic Tituli, non ſolùm ob s Ductu Imperatoriô geſtas; ſed etiam ob Prærogativam *'uguſti*, tunc temporis tantùm non coronati. Reliqua ıitantur Inſcript. *Imp. Max. I.*, dicti in Numis: PLURIARUM EUROPAE PROVINCIARUM PRINC. POTENTISS.

 In

In Averſa, quæ Imp. Reditum ex Hiſpania refert, *Cæſar Togatus* (neque enim in Rege Latino poteſt quidquam eſſe nimis Romanum) ſedet, ad ſignificandam antiquo more Securitatem, atque extenſa *Pacificatoris manu* ſublevat genibus advolutam *Italiam*, Coronâ Turritâ Globôque agnoſcendam. Ad latus *Tropæum*; infra *Jovis alês*, ore gerens *Ramum Olivæ*, Hiſpaniæ pariter & Pacis ſignum; Nec verò minùs *Fulmini* inſiſtens, pro antiquiſſimo Græco & Romano uſu. Inſcriptio illa ipſa eſt, quam Italia olim ſuo redeunti Hadriano Imp. tribuit:

RESTITUTORI ITALIAE. Infra

ADVENTUS AUGUSTI A. ER. C.

id eſt: Annus ERat Chriſti, pro antiquo A. ERat Auguſti, unde AERA.

In Numiſmate, Quod Electorum Suffragiis delatum Imperium exhibet,

C*AEſar Paludatus* Triumphatoris habitu ſtans pedem *prorâ Navis*, Expeditionum Maritimarum decore, poſt appulſum quaſi refert. Altera manu tenet expugnatum *aureum Vellus*, *atque Phœnicem cum Globo*, Aurei Sæculi, quod ſub noſtro Auguſto ſperamus, & CAROLINAE Felicitatis reſtitutæ Symbolum; Alterâ benignè à *Fortuna Reduce*, agnoſcendâ antiquis teſſeris, temone & rotâ, accipit oblatum Imperii Inſigne.

Inſcriptio: [LVSTRATIS TERRA MARIQVE FINIBVS] reſpicit ad priſcum multarum Gentium morem, quô capeſſentes Regnum fines luſtrabant. Infra: FORTVNA REDVX. Cæſare Italici Regni Provincias ingreſſô MDCCXII.

Symbolum S. C. & Cath. Majeſt.
(FORTITUDINE & CONSTANTIA.)

EXprimunt *Columnæ Herculeæ & Carolinæ* poſtliminiò reſtitutæ, non modô ob Nominis, Generis, Imperiique; ſed maxime ob Expeditionis Gaditanæ in SEXTO & QVINTO CAROLO paritatem. Illarum ſignificatio haud quidem aliena eſt ab Inſcriptione; Quoniam Fortitudo ferens Columnam, Conſtantia innixa Columnæ pingitur: Non tamen efficit *Impreſam* propriè dictam; Sed Emblema potius Morale. In eo, præter Impreſæ Præcepta, ſenſum Moralem ſtatim prodit Significatio Hieroglyphica, non Naturalis. Ita ut poſt hanc Explicationem Columnæ Carolinæ poſſint, etiam absque lemmate, CAESARIS FORTITUDINEM & CONSTANTIAM in Ornamentis Hieroglyphicis deſignare. Ut verò magis exprimatur Character Herois, (quod Symbolorum præcipuum eſt officium) Columnarum alteram *Laurus* adſignat Bello, alteram *Palma* * Paci, quæ in finiendis domi Herculeis laboribus non minori laude dignam Conſtantiam requirit. Sic *Diadema Imperatorium* primariis in utroque tempore fulcris ſuſtinetur.

* Recentiori potiùs, quàm antiquâ ſignificatione. Priſcis (præter palmam, quæ eſt in pace Titi) Oliva pacis ſymbolum; ſed illa cum Lauro facilè confunditur.

In fuſò hoc Numiſmate Symbolico majoris Moduli

SErvat Averſa *Terræ Sphæram Nubibus ſuffultam*, ſcil. Imaginem Symboli, quòd S. Cæſ. & Cath. Majeſtas in Francofurtana adhibuit Coronatione, antequam rerum ab Optimo Maximoque Principe geſtarum memoriam Numiſmatibus conſignandi cura mihi fuit clementiſſimè delata. Verùm pro Fortitudinis vocabulo (quod ſecundùm Symbolorum legem ipſis nubibus Terram ſuſtinentibus minùs convenit, quàm Cæſari in ſenſu Morali) ponitur *Virtutis* Nomen, quod Nubibus Interpretatione laxiori æque ac Conſtantia tribui poteſt. Prout Cicero habet *Conſtantiam Aſtrorum.* Ita ut Regnorum atque ipſius Chriſtianæ Univerſitatis Orbem Imperatoris Conſtantia & Virtus in Felicitatis & Concordiæ æquilibrio non minùs moraliter ſervare intelligatur, quàm conſtans aëris virtus phyſicè ſuſtinet Globum Terræ.

In prima fronte Ipſe Auguſtiſſimus Imperator cum Diademate & Habitu Regio Hungarico.

Inſcriptio eſt accommodata ad præſens inſtitutum:
CAROLUS VI. ROM. IMP. S. AUG. REX. CATH. & APOSTOLICUS * CORON. POSON. MDCCXII.

* Titulus *Apoſtolicus* eſt Regum Hung.

Nu-

VIRTUTE ET CONSTANTIA
INSIGNIA·R·HUN·ACCEPTA·
POSON·MDCCXII·
22 MAY·

Numiſma minus cuſum in memoriam ſumtæ Coronæ Hungaricæ.

Imperator iterum habitu Regiô.

Inſcr. CAR. VI. IMP. ROM. S. A. REX. HVNG. DAL. CROAT. SCLAV. &c.

Jungitur huic Imagini duplex averſa.

I. Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Symbolum: FORTITUDINE ET CONSTANTIA, exprimit *Aquila Romana* antiquô more Orbi inſidens, eundemque *Gladio*, Fortitudinis, & *Sceptro*, Conſtantiæ, objectis protegens. Augendæ nobilitandæque ſignificationi caput Aquilæ circundatum eſt *nimbô radiatô*, ut *Phœnicis* formam induat, quemadmodum in Numis Romanis indicat ſpem felicium temporum, cum Inſcriptio ne, quæ hic ſubſcriptio eſt:

FELIX TEMPORUM REPARATIO MDCCXII.

Globus ipſe plenus magno CAROLINO Nomine, ſicut in Numis deſtinatis Coronationi Imperatoriæ, indicaverat Imperatoris *Caroli Quinti* felicitatem Imperio reſtitutam; Et qvemadmodum in Tympano magnificæ Baſilicæ R. Boh. Imp. *Caroli IV*. memoriam renovatam ſignificat, & quidem illo

pacis

pacis tempore MDCCXIV. qvò abſoluta eſt Baſilica: Ita hic in *Orbe Hungarico*, (quem denotant *IV. Faſciæ Hungaricæ*) poſtremi *Caroli Roberti R. Hung.* ætatem auream ſub hoc CAROLO pariter reducem oſtendit.



II. In Averſa ſecunda ſub *Inſignibus Regni Hung.* brevis Inſcriptio cogitata magis explicat.

In Memoriam Homagii Auſtriaci.

Imperator Imagine *Herculis Gaditani* (ob poſita in Gadibus Tropæa) ſtat quaſi in Cuſtodia tenens manu vigili ardentem facem, nondum finitis laboribus, nec omnibus *Hydræ* ad pedes jacentis capitibus reciſis; alterâ manu dat *Auſtriæ*, ſub ſpecie *Nutricis Amaltheæ*, ob ſecuritatem (antiquorum Numiſmatum ſignificatione) ſedenti, ſymbolum Felicitatis, *Cornucopiæ*, qvod Herculis exemplô, non ſolûm Auſpiciis,, ſed etiam Ductu expugnavit. Inſcriptio:

TANTO DUCE.

Subſcriptio: AUSTRIA FELIX SACRAMENTO FIDELITATIS OBLIGATA VIII. NOV. MDCCXII.

Sacra

Sacra Anniverſaria Equitum Aurei Velleris.

Quùm Sac. Cæſ. & Cathol. Maj. Annuam reſtitueret Cæremoniam Ordinum nobiliſſimi, quem recepit poſtliminiò ex manibus Atavorum Impp. Maximiliani I. & Caroli V.; tantorum memoriam ſolemnium ſervabat *Imago Imperatoris equo vecti*, ſicut in antiquorum Numiſmatum Profectione & Adventu ſiſtitur. Inſignis eſt *toga & paludamento ordinis Equeſtris*, eôdemque habitu, quò ſtipatus Equitibus Torquatis, pari purpura fulgentibus, ad Baſilicam D. Stephani pompa publica proceſſit.

Inſcriptionem: MORIBUS ANTIQUIS
Explicat Virgilius: *Res ſtat Romana Viriſque.*
Infra:

AVITI ORDINIS EQUITUM TORQUATOR. AUREI VELLERIS SOLEMNIA RESTITUTA MDCCXII.

Pax

Pax Raſtadenſis

Siſtitur duabus Sac. Caeſ. & Cath. Maj. primariis Virtutibus Symbolicis, *Virtute & Conſtantiâ*; quarum prima eodem, quo in Numiſmatibus Romanis habitu, *Clavem Jani*, indomitis ſuis armis *cluſi*, tradit alteri, ut Symbolum temporum felicium, ſervandorum ejus tenace propoſiti robore. Cum illam pacis tempore, haud minori vel animo, vel gloria, poſſint occupare domanda vitiorum monſtra. Partæ à Solo Cæſare publicæ tranquillitatis beneficium exprimit Inſcriptio:

PAX AVGVSTI.

Infrà:

RASTADII. MDCCXIV.

Cladem primam Turcicam ad Waradinum Petri

Denotat *Victoria*, inſiſtens captis *tormentis ſigniſque Turcicis* & defigens *victrix Labarum Chriſtianum.* quod fulget *Monogrammate* illo, quò Conſtantinus olim Magnus primos Chriſti hoſtes triumphavit. Ejus apicem inſignit *Aquila Romana*, Inſigne Legionum Imperatoriarum, quibus ſolis devictæ ſunt Barbaræ Gentes. Ut ſignificetur, Cæſaris gloriam non conjunctam eſſe ulla cum aliorum Chriſtianorum calamitate; ſed potius tutelam, & ſalutem Orbis Chriſtiani promittere. Additur Inſcriptio :

VICTORIA CAROLI FELICITAS CHRISTIANORVM.

Subſcript. SOLO CAESARIS EXERCITV FRACTVS CC. M. TVRCARVM IMPETVS CASTRA TORMENTA CLX. SIGNA TOTIDEM CAPTA. MDCCXVII.

Temeswari Expugnatio.

Dacia (Mediterranea ſcil.) ſive Tranſylvania, agnoſcenda ſuo, quod in Numis antiquis gerit, *capite Equino & pallio*, ſedet, ob partam auſpiciis ſui Caroli ſecuritatem, ſuffulta *Termino Lapide*, quem Subſcriptio dicit *Decumanum*, (ex S. Pomp. Feſti de Verborum ſignif. interpretatione); quia poſtremus erat Chriſtiani Orbis ab Oriente verſus Occidentem. Hunc Terminum & Chriſtianæ & Hungaricæ Ditioni vindicat Crux, qua ſignatus eſt. Tenet Dacia Coronam *muralem*, quam Imp. Car. VI. primus Majorum recuperans hoc oppidum munitiſſimum prœlio devictis Turcis meruit. Apparet ad eius pedes *Turca aggeris qualo ſepultus*, ut innuatur hoſtium intrà munimentum pertinacia. In Longinquo *Urbis Proſpectus*. Factum denotant Inſcriptio, & Subſcriptio:

TEMESWARO EXPVGNATO.

Regni HVNG. TERMINVS DECVMANVS PRIMVM RESTITVTVS MDCCXVI.

Victoria Taurunenſis.

Averſa ſiſtit *Herculem*, qui relicto alieno *Clavæ* ſubſidio ſuis viribus *Antæum Gigantem* Barbarum Lybicum, ad luctam ſe, ut vicinos alios, provocantem, non in campi planitie, ſed quaſi de ſolo, undis montibusque ſublatum comprimit. Simplicem hanc novæ Victoriæ de hoſte tàm fractâ fide, quàm caſtrorum obſidione protervo, at bis intrà vallum debellato, Imaginem Numiſmaticam reddunt evidentiorem *fracta perditaque Arma Turcica.*

Cum Inſcr:

FVNESTA LACESSITIO.

Hæc maxime reſpicit Dacicam illam Criticorum Diſceptationibus celebrem Inſcriptionem:

VAE TIBI DECEBALE - - - -
FVNESTVM EST HERCVLEM LACESSERE.

Ut ea, quæ Numi Antiqui ob adquiſitam Daciam Trajano olim, ſub perſona Herculis Romani, tribuerunt, juſtiori Titulo Imp. Carolum, Herculem non modo Romanum, ſed etiam inaltero Europæ Extremo Gaditanum, celebrent.

Subſcriptio Summam Victoriæ poſteris notat:

CC. MILLIA TVRCARVM FVGATA
VALLVM CASTRAQVE EXPVGNATA MDCCXVII.

Tauruni Expugnatio.

Regiones, quæ præter Tranſilvaniam ultra & & cis Danubium Cæſaris victricibus armis ceſſerunt, ac excurſionibus eorum ulterius patent, ſub Daciæ olim & Mœſiæ ſuperioris nomine Romanis paruerunt. Illa Trajani, hæc Aureliani Provincia dicta. Utriusque Gloriam duæ expeditiones æquârunt. Proinde ad erectum de expugnato Tauruno Tropæum, non captivi (pro more) alligantur; verùm ſedentes ſecuræque gaudent *Provinciæ Chriſtianæ*. Ex una parte *Dacus* eo habitu, qui in Numis Romanis, præſertim in Columna Trajana, noſcitur; Ex altera parte *Mœſia Superior*, hodie Servia, ruptis vinculis & *fracto abjectoque jugo*. Oppidorum versùs Orientem bene munitorum extremô nunc expugnato, *Terminus Orientis*, qualis apparet in Numis Auguſti, ſuſtinet *Turcica Signa*, decuſſatim transfixa per Coronam *Navalem* & *Muralem*, ob navibus aſſertum Danubii Savique Imperium; ob Trajectum Exercitûs, & junctas ripas; Deinde ob expugnatam inter duorum Exercituum tela Urbem, cujus aditum nec flumina nec Munimenta, nec CC. Millia Turcarum intercluſerunt. Trajani Aurelianique Gloriam comprehendit Inſcriptio:

DACIA MOESIAQ. PROVINCIAE CAROLI.

Factum notat Subſcriptio:

TAVRVNO CAPTO. MDCCXVII.

Vota quinquennalia prima In Natali Sac. Cæſar. Majeſt.

Quam priſca Græcorum Romanorumque ætas publicam lætitiam, transactis feliciter quinis annis, Olympiadum, Panatæorum, Luſtrorum & Quinquennalium ſolemnibus indixit, quamque prima Chriſtianorum pietas eſt imitata, ſolutis atque ſuſceptis pro Imperatorum ſalute votis; Eam jure meritoque nova noſtra Roma reſtituit. Quippe macta tantis pacis bellorumque felicitatibus, quibus à ſuſcepto An. MDCCXII. ſub initium Octob. Auſtriæ Regimine ad hunc añum MDCCXVII. eſt illuſtrata. Nec poteſt auſpicatior dies illius gaudii celebritatem inſignire, quàm illa, quæ patriam Patre Heröe Imp. CAROLO VI. menſe eodem beavit.

Proinde Germaniâ ab Imperatore ſuo ſolo ſervatâ, Rheno Danubioque contra Gallos & Rebelles aſſertis, Italiâ Belgioque vindicatis, populorum beata tranquillitate ejus comodis prælatâ, ſpe regnorum Auguſta prole firmatâ, Sociis defenſis, Orientis finibus prolatis, Barbaris Gentibus debellatis; nec minùs calamitatibus publicis incredibili conſtantiâ ſuperatis, ut in Natali XXXII. celebretur quinqennii primi gloria: Suſti-

Suſtinent *Clypeum Votivum* , & *pacis* , & *belli* decora. Nimirum ex una parte felix Eccleſia, quæ, ob myſteria religionis *velata*, atque (ut Civitas Dei in monte fundata) *turrita rupibusque inſidens*, tranquille innititur *orbi* crucifero, ac pacis *palmam* tenet. Ex altera parte *invicta Roma in hoſtium ſpoliis* inſiſtit, fertque *tropæum* de Turcis.

Inſcriptio: REP. CHRISTIANA PACE BELLOQ. STABILITA

In Clypeo votivo:

QVINQVENNALIA PRIMA VINDOBONAE.

Infra:

A. MDCCXVII.

Scil. in Natali Auguſtiſſ. Imp.

Idem in minori Numiſmate

Exhibet *Clypeus votivus*, ornatus *Pacis & Belli Inſignibus*, in quo legitur: Deo Ter-uni vota quinquenn. prima pro felicitate Auguſti. Infra *Aquila Romana, Phœnicis* inſtar, naſcens *ex Flammis Crucis Burgundicæ*, denotat: tandem intra hoc quinquennium illuxiſſe tempus, quo Burgundiæ Rector (ex Aſtolgandi circa fundationem Aurei Velleris prædictione) geſtans in pectore Flammam Turcis exitialem, ultor extitit injuriæ, quâ Turcæ olim affecerunt Joannem Intrepidum D. Burgundiæ. Nam in ejus vindictam à Filio inſtitutus fuerat Ordo Eqv. Aur. Vell.; quod innuit Inſcriptio:

FIRMATO FLAMMAE BVRGVNDICAE OMINE.

Sac.

Sac. Cæſ. & Cath. Maj. Inſignem de Literis atque de antiqui & noſtri ævi Numiſmatibus Curam

Gratæ poſteritati exhibet Averſa ſiſtens *Herculem* noſtrum, *Spoliis hoſtium* ſecurè inſidentem, & *Clavæ*, cui innititur, jungentem *Plectrum* illud, quod in Numis antiquis *Herculi Muſarum*, quas ducit, eſt proprium. Hanc media inter arma literarum & artium Tutelam infra clarius indicant *mixta armis volumina*, & *Urna* intùs antiquis Numis, extra fulgens *Moderno* ita dicto *Numiſmate*, quod *ex torque pendet*. Ut conſtet, in ipſo bellorum ſtrepitu omnis ætatis monimenta inſtaurata, aucta, & reſtituta fuiſſe.

Itaque ſervatura Herois Sui gloriam ſervata *Muſa* coronat Ductorem Statoremque.

Inſcriptio:

OB SERVATAM PRISCI NOSTRIQ. TEMPORIS MEMORIAM.

Infra:

HERCVLI MVSARVM.

Numiſ-

Numiſma poſitum ſub Primo Lapide Ædis publicæ, quæ Ordinum Auſtriacorum ſumtibus atque cura Illuſtriſſ. & Excell. Supr. Aulæ Cancellarii, Philippi Ludovici S. R. I. Com. a Sinzendorf propè Palatium ſurgit,

D In

Imago Cæſaris cum Titulo antiqvo & hodierno:

CAESAR AVGVSTVS CAROLVS VI. ROMANORVM IMPERATOR SEMPER AVGVSTVS GERMAN. HISPAN. HVNGAR. BOHEMIAE REX. ARCHID. AVSTR. DVX BVRGVND.

Poteſt ſola auctoritas Suetonii manifeſtè docere, quo ſenſu Imp. Octavio primùm (& deinde Succeſſoribus ejus in memoriam fundati Imperii) datus ſit Titulus *Cæſaris & Auguſti.* Neque minùs conſtat, *Auguſtum* Romanis idem fuiſſe, quod *Sanctum* & *Venerabile*; ſicut Græci Numi pro Auguſto ponunt σεβαςός. Itaque varians Stylum hæc Inſcriptio in Romano-Germanico Imperatore *Romanum* Titulum CAESARIS AVGVSTI, prænominis inſtar, præmittit *Magno Carolino Nomini*; deinde *Germanicum* Titulum IMPERATORIS SEMPER AVGVSTI (qui ſignificationem habet diverſiſſimam) Cognominis loco ponit; & illo

quidem ſenſu, qui, utpote non Latinus, omiſſionem potuiſſet magis ſuadere, quàm metus Tautologiæ, quæ in denominationibus diſtinctis nulla eſt. At in Monumentis major ſummorum Jurium, quàm elegantiæ, ratio eſt habenda. Poſtquam in Actis Publicis Cognomen *Semper Auguſti* Imperatoribus *Germanicis* cum gloria *augendi Imperii* (allezeit Mehrer des Reichs) adeo cœpit proprium eſſe, ut contra exteros (ex. gr. in Pace Weſtphalica) fuerit tuendum; & non coronatis Romæ Impp. aſſerendum. Ne affectata ubique Romana Simplicitas deſinat poſteros Publicum noſtri temporis Jus docere. Ita ex. gr. diſcimus ex Numiſm. Imp. Max. I. Titulum *Regni Germaniæ*, cujus tanta eſt Prærogativa.

INDV-

INDUCIAR. TURCICAR. MAJUS NUMISMA

Siſtit *Pacis Triumphum*, in quo (Romanorum aliquot exemplo Impp., honores detrectantium) Cæſaris modeſtia, omnem triumphi pompam declinans, ſuum in curru triumphali locum cedit *Religioni Chriſtianæ*, pro ſolito Lauri ramo, oleagineum, & pro ſceptro eburneo, *victrix Crucis Signum* tenenti. Quandoquidem in ejus non detrimentum (ut alia geruntur Europæ bella); ſed emolumentum arma ſumſit poſuitq; S. Cæſ. & Cath. Majeſtas, haud moderatione minùs in pace, quàm victoriis ſuſpicienda. In curru, pro victoriæ ſigno, *Statua Pacis* coronat concordiæ matrem. Ex una parte *Juſtitia* cum *gladio & bilance ſcutum* tenens (ob juſtam populi fœderati tutelam); ex altera *virtus*, *ſignum Legionum Cæſarianarum*, bellum hoc conficientium, gerens, ducunt utrinque *Triumphalem Quadrigam*. Triumphus nominatur Inſcriptione:

DE CHRISTIANI NOMINIS HOSTIBUS.

Et Subſcriptione: PACE TURCIS DATA MDCCXVIII.

Ad imit. illius: Rex Parthis datus.

2. Minus Num. Ind. Turc.

Oſtendit *Imperatorem* ob perpetuas victorias Turcicas *Laureatum*; ob Pacem, quam victoriis prætulit, *Togatum*, affigentemque *Cruci*, cui pietas ejus triumphos cedit, *Clypeum Victorem*, notatum Inſcript. Rom. DE BARBARIS GENTIBVS. Imitatur hic poſitus antiquos numos, in quibus Clypeus fertur palmâ; dum ejus formam induit Crux *palmis ornata, & triumphans fractis hoſtium ſpoliis.* Adſtat *Orbis Chriſtianus* cum *Sphæra* illi propria, nec non *Codice Sacro, ſeptem* Catholicorum Myſteriorum *ſigillis clauſo.* Offert ille *Auguſto Carolo*, ob Cives in Bello Turcico Servatos, *Coronam querceam* eo ſenſu, quo olim Auguſto eſt oblata, & quo Inſcriptio comparat Auguſto Cæſarem noſtrum fortiſſimum feliciſſimumque, ter Janum claudentem; non intrà L. imperii annos (ut olim Auguſtus;) ſed intrà primum quinquennium PACATOREM III. (i. e. tertiùm) compoſitis bellis, Hungarico, Gallico, Turcico.

Infra:

OB POMOERII CHRISTIANI FINES AMPLIATOS ET SOCIOS DEFENSOS MDCCXVIII.

Adjectæ literæ denotant ſculptorem extraneum in feſtinatione adhibitum.

3. Minimum Numiſma Ind. Turc.

Notis Hieroglyphicis aliter exhibet *Crucem Victricem* velut *Tropæum Pacis*, & quidem ſub forma *Crucis Burgundicæ.* In memoriam Ordinis, cujus poſt redditas Auſtriaco ſtemmati Belgicas (quæ ſub Max. I. ejusque Nepote erant indiviſæ) Provincias, S. Cæſ. & Cath. Majeſtas nunc Caput eſt. In medio locum flammæ ſolitæ occupat fulmen, ſummæ Majeſtatis Imperatoriæ Ordini reſtitutæ ſymbolum. Cujus verò *vis tangens ſpolia Turcica*, ac ea poſt tot clades *pacifero igne comburens*, indicat confectum maxima cum gloria & moderatione bellum contra gentem, quam per poſteros ulciſcendam ſibi propoſuit Ordinis Fundator, poſt eam injuriam, quæ Patri in Colchide, Aurei Velleris antiqua ſede, erat illata. Quodſi nec Imp. Maximiliano I. fines ſuos Turcis liberanti, nec Imp. Carolo V. Muleaſſe reſtitutô, nec Regi Philippo II. per victoriam navalem contigit, Turcis Provincias acquiſitas extorquere; Certè inter Ordinis Capita flammæ Turcis antiqua traditione fatalis Omen glorioſiſſimè omnium firmavit S. Cæſ. & Cath. Majeſtas, quæ fines Chriſtianos ita protulit, ut Turcas non ſolùm aditu prohibuerit, ſed ſibi maximè aditum Portæ Ottomannicæ aperuerit.

Pacem felicitatemq; Orbis Chriſtiani expreſſius ſignificant *Caducei* intra *Coronam oleagineam* Cruci decuſſatim appoſiti.

Ita Inſcriptionem: FELIX OMINIS EVENTVS.

Explicat ſubſcriptio: AVI VINDICATI.

CONFECTVM BELLVM TVRCICVM MDCCXVIII.

Victa & diſperſa Claſſis Andegavenſis.

Fulmen Jovis Romani, jam non terra ſolùm; ſed mari etiam formidandum, jungitur *Tridenti*, quem noſtri temporis decoribus maritimis, & victoriæ palmis ornatum ſuſtinet Roſtrum antiquum, ut efficiat *Tropæum Navale*, cui inſidet victrix Aquila Imp. Caroli VI., ore gerens *vexillum* fœderatæ Claſſis Britannicæ, cujus ope bellum Italiæ magno apparatu intentatum, eſſe feliciter propulſatum, magis declarant Inſcriptio, ſubſcriptioque:

BELLVM ITALICVM PROPVLSATVM.

infra: CLASSE HOSTIUM OPE BRITANNORUM

FOEDERATORVM DELETA MDCCXVIII.

De

De Meſſana armis Cæſarianis capta.

Ad *Siciliæ*, quam priſca Trinacriæ teſſera Caſſisque Regia deſignant, tropæum, ſuo globo inſidet *Italia*, antiquo ſecuritatis habitu caput fulciens brachio, quod hoſtis ſpolio innititur; Dextra tenet ſcutum Germanicum (prout in Numis antiquis exhibetur) fulgens Imperatoriis Inſignibus. Illô non ſolùm ejus Orbis protegitur; ſed etiam ſoliti cornucopiæ (hic præſertim in Latio continenti pacem indicantis) umbrâ reficitur. In ipſo tropæo, pro haſtâ, *remus*, ob inſulæ ſitum, & maximè ob devictam hoſtium claſſem, fert decora terrâ marique parta. Infra novum, munimenta igneis globis cogens, tormenti genus felicem obſidionis eventum innuit.

Inſc.

SECVRITAS ITALIAE.

Infr.

MESSANAE COACTA DEDITIO MDCCXIX.

In fœdus ſic dictum Quadrupl.

Europa tauro (infeſtorum hic motuum Symbolo) quietè compoſito inſidet, cum teſſeris concordiæ, *ramis granatorum*, & (loco ſoliti telorum faſciculi) *Faſcibus Romanis*, qui non concordiam ſolum, ſed juſtitiam ſimul & auctoritatem loquuntur.

Hanc illa futuram tranquillitatem ut fœderis providentiæ deberi ſignificet, brachium fulcit ſcuto, armatæ quidem potentiæ ſigno; ſed tali, quod niſi neceſſario bello à Saliis non erat movendum, quodque de cœlo publicæ ſaluti demiſſum inter priſca felicitatis omina computabatur: nimirùm *Ancili*, eâ, quâ in antiquis numis apparet, formâ. Ad ſingulariùs denotandos *IV*. fœderis Socios, ſcuti fundum decuſſatìm interſecant *IV*. junctæ dextræ armatæ.

Inſcriptio:

PRO PVBLICA QVIETE.

Subſcript.

FOEDVS QVADRUPLEX.

Au-

Ob dotatum & ſtabilitum Cameræ Imp. Judicium.

CUjus fundamen inter præcipua Imp. Max. I., quibus de Imperii Rom. Germanici ſecuritate publica bene meruit, geſta refert ſingularis numus Mnemonicus. Nam addit Imperatorio Nomini titulum IVDICII CAMER. IMPER. CONDITORIS, & in averſa imaginem Mariæ Burgundicæ, quam dicit *Imperatoris conjugem.* Etſi Maria ne Regina quidem Romanorum ante obitum ſit ſalutata; & Judicium Cam. demum ſit conſtitutum anno poſt numi Epocham. MCCCC LXXXVI. quæ non accepti Imperatorii Inſignis, ſed Regii eſt Romani. Non minor Imp. Caroli V. gloria, qui Judicium dote firmavit Anno 1548. Itaque tantorum beneficia Auguſtorum continuantem Imp. Carolum VI. hoc numiſma prædicat, quod labentis Judicii auctoritatem Præſide Principe Froben. Ferdinando Fürſtenbergio novis Judicibus & ſtipendiis ſtabiliverit. In Medio numiſmatis Auguſti radiis coruſcans Tribunal ſignificatur antiquâ *ſella Imperatoria* cum pulvinari

vinari & ſtromate. In qua poſita laurea, ut fulmen Jovis in Lectiſternio, abſentis Imperatoris Majeſtatem referebat. Pro laurea hic accommodatiùs *juſtitiæ gladius & libra* collocantur. Ornant dicundo Juri deſtinatam Baſilicam jugatæ utrinque columnæ, quibus affixus tapes, non ſine ſymbolica ſignificatione oſtendit intextum *Inſigne Imperii*, quo Cameræ fas eſt ſententias ſignare. In aquilæ hujus bicipitis pectore ſcutum replet *Monogramma M.* Maximiliani Conditoris. Binas ad dextram columnas reddit Herculeas adfixum in clypeo *Monogramma Imp. Caroli V.* Locupletatoris, ſicut pariter ad ſiniſtram in Herculeis fortitudinis & conſtantiæ Carolinæ columnis adſtans *felicitas publica* ex ſuo copiæ cornu una manu effundit judicium conſervantia ſubſidia, altera adpendit pari loco *Imp. Caroli VI. Conſervatoris Monogramma.* Inſcriptio imitatur numum Imp. Maximil.

IVD. CAM. IM. STATORI.

quam explicat ſubſcriptio:

IVDICIBVS ET PROEM. S. R. I.
S. C. AVCTIS. MDCCXX.

Litteræ SC. imitantur *Senatus Conſulti* (hodie Reichs-Gutachten) in numis antiquis Signum.

Subacta Sicilia

SIſtitur utriusque Regni ultra & cis Pharum antiquis Symbolis. Siciliam proprie ſic dictam repræſentat monſtrum *Scyllæ*, quæ Circes præſtigiis inferiorem corporis partem *canibus*(adhuc inter ſcopulos latrantibus) fœdatam in fretum Siculum præcipitavit, ea quidem forma, quam in Vlyſſis fabula deſcribit Virgilius:

Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris
Dulichias vexaſſe rates, & gurgite in alto
\- - - *nautas canibus laceraſſe marinis.*

quamque numus Pompeji oſtendit *temone* maris mediterranei commercia tuentem. Sicilia cis Pharum, ſcil. *Regnum Neapolitanum*, pingitur iterum ex altera parte Nereidis in piſcem deſinentis habitu, quemadmodum noſtri temporis Inſignia Neapolitana *Sirenen*, [antiquiſſimam Neapolis teſſeram] fingunt novâ licentia. Nam vera Sirenis forma ave, non

piſce

piſce, terminatur; Teſte numo Neapolitano Auguſti in familia Petronia. Hæc Siren haud novum Andegavenſe, ſed primum *Suevorum Inſigne*, gerit in labaro victrice, quaſi veteres ulciscens Caroli Andegavenſis injurias. Dextras jungunt utræque coronatæ Regiis coronis & natantes in aſſerto mari Siculo ante Tropæum rupibus infixum; quod fulget *clava Herculis Gaditani* atque exuviis *Leonis Hiſpanici*, cum Titulo:

VTRAQ. SICILIA ADSERTA.

Subſcriptio docet: Caroló jurium nullum, quod ultrò non ceſſit, potuiſſe extorqueri.

HOSTIVM EXTREMA VI. NIHIL CONTRA INVITVM VICTOR. OBTINENTE. MDCCXX.

Armorum noſtræ ætatis mutàtio, quam pulveris nitrati detecta vis induxit, novo certaminum Olympicorum imitamini locum dedit. Ut telorum loco, quibus olim utebantur ſagittarii (*), globulis petatur Scopus e termino cancellis circumſcripto, utque certis definitoribus prœmia victori adjudicentur. Hujusmodi ludis Martiis Sac. Cæſ. Majeſtati, ut æſtivo aëre in Suburbano ſuo fruatur, quum placet corpus animumque reficere, ſolet ſcoporum ſymbolis ac præmiorum varietate certantium non manus magis, quam ingenia exercere. Itaque Illuſtriſſimus & Excellentiſſimus Dn. Comes Leop. Joſ. a Schlick S. C. M. Conſ. int. R, Boh, Cancell. Supr. & Gen. Campi Mareſc. nec non Illuſtriſſimus Comes Ferd. Marquardus ab Harrach S. Cæſ. & Cath. Maj. a Sacro Cubiculo - -, quos dando tali Spectaculo ſors conjunxerat, pro præmiis cogitarunt de monimento Cæſari ſacro, quod & ludorum memoriam, & nationis Bohemicæ pietatem fidemque poſteris ſervaret.

Auro conflata ſunt tria Numiſmata affabre ſcalpta, adeoque unica. Primum & tertium maximum cum Cæſaris, ſecundum cum Auguſtæ Sacra imagine; averſis ita comparatis, ut earum picturæ ſcopis inſervire potuerint.

(*) ut teſte Virgilio
- - Æneas celeri certare ſagitta
invitat, qui forte velint, & præmia ponit.

Pri-

Primum.

prædicat nunc etiam in numiſmate reſtitutam Bohemiæ eandem Carolinam temporum reparationem, quam Bohemiæ Baſilicæ tympanum loquitur, & quam numus Hungar. pag. 27. 28. Imperio Rom. & Hungar. aſſerit. Stat erectus Leo Bohemicus inſignis Corona Regia, orbemque Regni Bohem. [qui metæ ſcopus erat] tenet, lætus & ſuperbus felicitatis reſtitutæ radiis, quibus illuſtratur. Carolinum Monogramma, ut in Hungarico numo Noſtrum & Carolum Robertum Reges; ita hic Quartum & Sextum Carolum Imperatores comparat. Inſcr.

CAROLINA BOH. FELICITAS.

Infra litteræ S. & H. initiales ſunt Illuſtriſſimor. D. D. Comitum præmia ponentium.

Secun-

Secundum Numiſma majus Auguſtæ dicatum.

Eam ſiſtit ſub perſona Veſtæ, jam non globo, ſed ſuo Leoni, qui hic Bohemicus eſt, inſidentis. Una manu tenet *Crotalum* rotundæ terræ atque feſtorum ludorum Symbolum. In inetæ pictura *Crotalum* eſt ſcopus. Altera manu, ut Mater Deum i. e. Auguſtæ prolis capiti Leonis Bohemici coronam Regiam adprimit atque ad novam ſpem firmat. Cui hoc debeatur beneficium innuit Inſcriptio:

MATRI AVGVSTAE.

Ter-

Tertium Maximum,

repræſentat Regnum Boh. regio habitu ſedens, ſcutum Regni tenens, atque cum admiratione reſpiciens, quæ altera manu gerit, 2. ſigna Romana laureis onerata, & ita converſa, ut eorum ſupremæ aquilæ adverſis capitibus Orientem verſus & Occidentem ipſo fortuito poſitu collocatis bicipitem noſtri temporis aqvilam oſtendant. Jacent infra Occidentis & Orientis ſpolia, caſſis & mitra Turcica. In metæ pictura pro ſolito *ſerto* ſcopum faciebat laurearum prima extantior. Inſcr.

PACATO ORIENTE ET OCCIDENTE,

Aurariarum Bohemicarum Reſtitutio.

Inter ceteras optimi Pâtris Patriæ de publica re curas, tacenda non eſt illa, quam impendit Metalli fodinarum commerciis & theſauris à neglectu vindicandis. Præter Hungaricas Aurarias Bohemica dicta *Noctua* inprimis eminet. Illius auro ſignatum Numiſma, ut ſervet memoriam Theſauri Boëmici poſt Caroli IV. Imp. demum tempora detecti, apparet auriferi montis cuniculus infimus, Stollen, cui adſidens Minerva, artium inventrix, ſiniſtram adhibet Argyrognomonis furno, dextra oſtendit in aditu fodinæ ſua animalia, *Draconem* & *Noctuam*; ut hæc Palladia avis, perveſtigans loca obſcura, videatur de illo Theſaurorum invido cuſtode ſopito triumphaſſe, & impedimenta removiſſe.

Inſcriptio eſt: AERARIO LOCVPLETANDO.

Subſcriptio: DIVI CAR. IV. AVRAR.
RESTITVIT IMP. CAR. VI.
MDCCXVIII.

Numiſma Aureum

SACRAE. CAES. ET CATH. MAI. ab Illuſtriſſima Familia Comitum de Dohna humillime oblatum.



In perpetuum grati animi documentum, quòd omni procul alio reſpectu Cæſar de privata Dynaſtiæ Wartenbergenſis cauſa grave & Se dignum judicium fecerit. Itaque ſedet in ſolio, noſtri temporis *Inſignibus Imperatoriis* fulgente, at priſcô aurei ſæculi habitu *togato*; *Laureâ*, quæ frontem cingit, nihil pacis negotia impediente. Innititur orbi *Bohemico & Sileſiaco* (ad cujus forum iſta cauſa pertinet) tenens *libram & ſcutum*, antiqua Juſtitiæ & Clementiæ Symbola Numismatica.

Lemma:

AEQVITAS ET CLEMENTIA AVGVSTI.

Factum explicat & memoriæ æternæ ſervat Inſcriptio Averſæ.

Inſcriptiones Numiſmaticæ

Aureorum & Argenteorum Monimentorum, nec non Poſitorum primorum Lapidum ſub Columnis votivis, ut:

Medlingenſi,

Cujus Numiſma condidit Ipſa S. Cæſ. & Cath. Majeſtas. In prima fronte facies Auguſti; In Averſa:

Badenſi,

Cujus Numiſma conditum per Illuſtriſſ. Dnum. Joan. Albertum, Comitem Sti. Juliani; S. Cæſ. & Cath. Maj. Cubicularium & ſupremum Falconum aucupio Præfectum.

Averſæ Inſcr.

Ipſius Columnæ Votivæ Aquis poſitæ Inſcriptionem vide pag. - - - -

Stockeravicæ Columnæ Numiſ…

Cæſaris vice poſuit Illuſt. Dom. Adria…
Wenceſl. Comes ab Enckenvoirt, S.Cæſ.& Cath. Maj. Cubicu…rius, Regiminisque Auſtr. Inf. Conſiliarius & Regens.

Averſæ Inſcript:

Idem Pro Cæſare ſubdidit Fundamentis *Columnæ Votivæ in Cœnob. Neuburgenſi* Numum Imp. cum Inſcript.

QVOD CIVES NEVBVRG.
IN CONTAGIONIS PERICVLO
VOTI COMPOTES FACTI
PRIMVM VOTIVAE COLVMNAE
LAPIDEM
PONI CVRAVIT
IMP. CAES. CAR. VI.
REX GER. HISP. HVNG.
ET BO. &c.

Sub Columna Vicus Vindobonenſis ad Mariæ Auxilium,

Cæſaris nomine Illuſtriſſ. Dom. Franc. Jacobus Comes & Dominus de Brandis, S. Cæſ. & Cath. Maj. Cubicularius, & Regiminis Inf. Auſtr. Conſiliarius Regensque jecit Numiſma cum Inſcr.



Aurea

Aurea & argentea Numiſmata depoſita ſub lapide angulari in Templis ædificandis.

Primum poſteris reliquit ipſa S. Cæſ. & Cath. Maj. in Fundamentis *Templi exſtructi in ſuburbio Carolino.*

In prima parte Numiſmatis Auguſta Cæſaris Imago.
In Averſa Inſcr.

D. O. M. S.
IMP. CAES. CAR. VI
AVG. PIVS. P. P.
HVJVS INTRA POMOERIA VINDOB.
IN FVNDO PRINC. A. LICHTENSTAIN
XIV. AVXILIATORIBVS DICATAE
AEDIS SACRAE
PRIMVM LAPIDEM
ET PIETATIS AVG. MON. P.
M. DCCXII.

Sub primo Lapide Magnificæ *Baſilicæ S. Caroli Borromæi* Majora minoraque Numiſmata Ipſe Fundator Auguſtus depoſuit.

Illius & Majoris Inſcriptio inſignis eſt Coronâ, (loco antiquæ querneæ,) *conſertâ palmis*, quæ Divis ſunt propriæ.



Hanc Inſcriptionem ipſius excipit Baſilicæ magnifica Facies.

Eam in DEI Immortalis honorem Sac. Cæſ. & Cath. Majeſtas ædium a Se conditarum primam eſſe voluit. Commiſſa ejus ſtructura primario Cæſ. Architecto, Joanni Bernardo Fiſchers ab Erlachen, antiquæ artis Cultori ſedulo. Templi in Suburbio proſpectum auguſtiorem reddunt *Columnæ Coloſſicæ*, quæ intus cochlide aditum præbent ad minores Campanas, extra Sancti Caroli Borromæi in utraque fortuna *Conſtantiam & Fortitudinem* exhibent Opere Anaglyptico, imitante in Trajani, Antoninique Monimentis formam, non laudes Cæſaris, quas Ejus modeſtia ad Divum ſuum deprecatorem retulit, ita ut Columnæ mutâ & ſecundariâ tantùm ſignificatione Fundatoris Symbolum loquantur.

Inſcriptio deſignat occaſionem Templi Votivi, quod in poſtremæ peſtis periculo S. Cæſ. & Cath. Majeſtas Divo Carolo Borromæo vovit.

QVOD POPVLVS PESTE LIBERATVS.

Ipſius Templi Dedicationem vide pag. . . .

Ampliſſimi & Sumtuoſiſſimi Monaſterii Gotvicenſis

Inſtaurationem Cæſaris juſſu in ipſo Beatiſſ. Virgini Matri feſto die celebravit Illuſtr. & Excell. Dom. Gundaccarus, Comes ab Althan S. Cæſ. & Cath. Maj. Cubicularius, Generalis, & Jaurino, ut ædificiis omnibus Imperatoriis præfectus, injecto fundamentis Numismate Cæſ. cum Inſc.

ADES
S. DEI MATER
DVM CAES^E. AVG^O. CAR. VI.
ANNVENTE ET PR. LAP. PON.
DICATVM TIBI ORD. S. BEN.
LIB. ET. EXEMTI MON. GOTVIC.
INCENDIO CONSVMTVM.
CVRA ABB. GODEFRIDI
AMPLIOR. OPERIB. RESTITVITVR. MDCCXIX
D. . . . .

In Urbe S. Hyppoliti Fundamentis Templi, quod Nobilibus Monialibus Angl. ædificatum, pro *Auguſta*, immiſit majus minusque Numiſma Illuſtris, & Excel. Dn^s. Joan. Jacobus, Liber Baro de Kriechbaum S. Cæſ. & Cath. Maj. Cubicularius & Progubernator Provinc. Auſtr. Inf.

In

In Majore Numiſmate conflato Imaginem titulumque Auguſtæ continuat Averſæ Inſcr.

POS. PRIM. LAP.
TEMPLI, QVOD D. VIRGINI
SINE LABE CONCEPTAE
DICATVM
ET EDVCANDIS SVB PRIMA SVPERIORI
IN PROVIN. AVSTR.
AN. MAR. L. B. DE KRIECHBAVM
NOB. PVELLIS ANGL.
IN VRBE S. HYPP.
DESTINATVM
M. DCCXV.

In Minori pariter Numismate percusſo Imaginis Inſcriptionem continuat averſa,



Ad-

Adventus Auguſtæ Vindobonæ.

Titulus *Auguſtæ* Cæſarum Conjugibus proprius eſt.

Symboli Heroici Corpus eſt perpetua Solis Comes, pulcherrima *Veneris Stella*, ſenſu phyſico orbi Solem reducens; ſenſu morali Imperatorem ſibi obvium factum nobis reddens, & ſimul lucem promittens novæ felicitatis.

Lemma Symbolicum:

REDDE DIEM

Ex illo Martialis:

Phoſphore redde diem! quid gaudia noſtra moraris?
Cæſaris adventu Phoſphore redde diem!

Infra:

ADVENTVS AVGVSTAE MDCCXIII.

Au-

Auguſtæ Coronatio Hungarica.

In hujus celebritatis pompâ iterùm licuit, ſemel in Numiſmate exhibere Symbolum Heroicum, ſiſtens pro Corpore dicatam Auguſtæ *Stellam Veneris.* Illa ſenſu phyſico Solis ſui in Ortu & Occaſu comes eſt. Senſu morali Cæſarem Orientem verſus & Occidentem ſecutam deſignat Auguſtam; Atque (pro ea, quæ hujus maximè loci eſt, ſignificatione) extremorum Europæ in Ortu & Occaſu terminorum, non antè junctorum, Hiſpaniæ Hungariæque, Reginam oſtendit.

Cum Lemmate:

OCCIDUI DECUS, AC ORIENTIS.

Infra:

unus Coronationis Hungaricæ.

Eadem Solennia in Numiſmate majori;

Quorum jam non Symbolicâ, ſed Numiſmaticâ formâ ſervatur memoria, per Allegoricam *Veneris Imaginem*, & talis quidem, quæ Majeſtatis Virtutisque prærogativas formæ addidit, ac proinde, Panthei inſtar, *Junonis, Minervæ, Venerisque attributa* ſimul ferens, non unum Paridis pomum, ſed *tria veluti Regnorum Inſignia*, ſuſtulit; ter Diva " Auguſta. In longinquo Poſonii proſpectus.

Inſcriptio Numiſmatica:

AVGUSTA ITERUM ET TERTIUM.

Infra:

DIADEMATE REGNI HVNGARIAE IMPOSI-
MDCCXIV.

Nata-

Natalem Leopoldi Archiducis & Principis Aſtur., præpropero heu! fato nobis erepti,

Siſtit omnium votis conceſſus hic *Infans*, nubibus quaſi de cœlo *demiſſus in terram*, cui inſidet ad exemplum numi antiqui, oſtendentis Filiam Commodi. Dextra tenet *Palladium*, ut teſſeram æternitatis Romanæ, quam cum æterno igne ſervabant Veſtales, ut Pignus Salutis Publicæ, poſt Trojani Excidii exemplum, nec non ut belli pacisque artium, ſub Palladis Imagine, ſymbolum. Haud deficientem æternorum Principum ſpem innuit

Inſcriptio : AETERNITAS AVGVSTA.

Infra: ANNUS ET DIES NATALIS.

Eandem, diverſis imaginibus, refert maximum Numiſma Aureum fuſum, ſuperans pondus 1400. Ducator.; Quod Status Auſtriæ Anterioris in documentum lætitiæ publicæ Auguſtæ Matri obtulerunt.

In illo ex una parte *Imperator paludatus laureatusque* manum imponit *Caſſidi antiquæ* Domus Habsburgicæ in Tabula, quam ornant inſuper non modò *Imperatorii, Regii & Archiducalis* Diadematis Decora avita, ſed etiam propria in *Tropæis Turcicis*. Tapetem diſtinguunt *Teſſeræ Statuum* Auſtriæ anterioris.

Inſcriptio: CAES. AUG. CAR. VI. AVITAE GENTIS HABSBVRGICAE DECVS AC COLVMEN.

In Averſa : AVGVSTA (Antiquarum exemplo) Deæ habitu, & quidem ut *Cybele*, (quæ Mater Deûm & Aeternitatis Symbolum erat) globo inſidet, priſcæ Fœcunditatis more *Infantem tenens* & quaſi imponens adjacenti *Leoni*, qui ei proprius eſt, & Terram Æternitatemque ſignificat; hic verò ſimul notat per bis immiſſam Crucem, cum Orbem Chriſtianum, tum Regnum Hungariæ, nec non Leonem Hiſpanicum, Bohemicum, Habsburgicum, Belgicum. Quibus Inſignibus Univerſæ comprehenduntur Provinciæ Auſtriacæ. Subſcriptio facti memoriam prodit:

GAVDII ROMANOR. DE AVGVSTIS NATALIBVS LEOP. ARCHID. AVST. PRINC. ASTVR. PRAECIPVAM SIBI SUMUNT PARTEM GRATULABUNDAE PROVINCIAE DITIONIS PRISCAE HABSBVRG. AVST. ANT. MDCCXVI.

Calculus (vulgò Jetton) exhibens utraque ſigna cœleſtia, quæ Sereniſſimi ArchiducisLeopoldi,Pr. A.Natalitium Menſem,Diemq; notant,Sole Arietem, Luna Capricornum ſignante.

PRrima facies pro capite monſtratMonogrammaSereniſſimi Leopoldi (duplex L) in forma Crucis Burgundicæ cum ramo renaſcente ; ut Hieroglyphica hæc teſſera exhibeat Decus Burgundicum, quod Principi SS. Baptiſmate luſtrato ab Auguſto Patre collatum eſt, magiſterio Ordinis jure poſtliminii Cæſareæ Familiæ reddito.

Monogramma coronatum pileo Archiducali pro more circumdatur Torque Ordinis cum *Vellere Aurato*, quod ipſum propria ſignificatione ut innuat Aſtrum Solare, ſub quo natus eſt Archidux (h. e. Menſem April.) ſuis tantum radiis diſtinguitur, ut fauſtum ſidus, quod Aſtrorum Princeps dicitur, & autor novi temporis, pro illo Manilii

. - - Aries cœleſtia pandit
Lumina Signorum, ductorq; & janitor anni
aurato inſignis Villo . . .

& alibi :

Aurato Princeps Aries in Vellere ſurgens.

Monogramma continuat Inſcriptio :

CAROLI IMP. FIL. DIVI LEOP. NEP. AR. AUS. PR. AST.

AVerſa non Hieroglyphico, ſed Numiſmatico Symbolo ſignificat Diem per *ſignum Lunare*, Capricornum, quo faſti hujus anni notant tertiam decimam Aprilis.

Ut, quæ de famoſo hoc Auguſti natalitio ſigno ſequentium ſæculorum monimentis prædicatur, felicitas, boni omnis cauſa tribuatur noſtroPrincipi. Plana eſt hæc ſignificatio & propria; Ne contra Symbolorum ſimplicitatem perſpicuam ſpectator implicetur ambiguæ & longæ Hypotheſium Aſtrologicarum perveſtigationi, velChronologicis Intercalationum, Calendarii &c. difficultatibus; ſi inquirendum eſt in Jus, quo Auguſtus hôc natalitio ſigno in monimentis utitur. Nam ſecundum ſeveriſſimas Symboli Heroici leges ſufficit paritas in tertio comparationis; ſufficit etiam pro veritate Symboli conſtans traditio, nedum monimentorum, quæ ſuperſunt, fides. Liceat nihilominus Com. Em. Theſauro pro Sabaudiæ Principe; LiceatPrincipibus aliis aliam inveniſſe ſimilitudinem, qua felicemAuguſti Geneſin alio ſenſu ſibi vindicent:

Verùm ejusdem jure privilegii integrum etiam nobis erit, de induſtria implicita & inania Genethliologiæ declinare, & lunari ſigno (ut proprio dierum charactere) decimam tertiam Aprilis notare;

Ne curſum Solarem cum Com. Em. Theſauro ſecuti decantatum nobisq; opportunum Auguſti ſignum rejicere, ac ipſam monimentorum fidem convellere cogamur; aut, (ſi nolimus Solarem curſum attendere) ne iniquius cogamur vel Lunarem etiam curſum negligere. Quem tamen in ſorte fortunæ antiquos, ut naſcentium ortus moderantem, obſervaſſe, conſtat; quemq; alibi oſtenſum eſt, commodum eſſe conciliandis graviſſimorum Auctorum locutionibus, ubi videntur ſibi repugnare, jam Capricorni, jam Virginis ſignum, in Natali Auguſti citantes, pro Solari vel Lunari diverſa poſitione.

Delineatio Signi Cœleſtis talis ferè eſt, qualis in Numis Auguſti conſpicitur cum Globo & Cornucopiæ, Symbolis potentiæ & felicitatis.

Ser-

Servantur, ut evidentior ſit ſignificatio, aſterisci Signum notantes.

Inſcriptio:

FATI FIDVCIA.

Deſumta eſt ex Suetonio aſſerente, quòd Auguſtus *fati fiducia* signum Capricorni, ſub quo natus, in numis argenteis publicaverit.

Subſcriptio:

A DEO DATO PR. IVVENT. MDCCXVI. D. 13. April.

Poterat hic numus, non cuſus, ſilentio præteriri, niſi Regia Inſcriptionum Academia, quæ Lutetiæ eſt, illum curiatis ſuffragiis approbare dignata fuiſſet.

Hujus tantæ benevolentiæ memoria ut ſervetur; atque ut alii eundem ex hoc conſilio fructum capiant, epiſtolas ad Academiam datas adjicere placuit.

A l' Academie Royale des Inſcriptions & des medailles.

Meſſieurs.

LA hardieſſe, que je prens de paroitre devant une aſſemblée auſſi illuſtre que la Vôtre, Vous ſurprendra moins, quand Vous verrez, que cela ne ſe fait par aucune ſuffiſance, mais avec une ſoûmiſſion entiere, pour deferer ſans apel à Vôtre deciſion dans un doute de medailles. Vôtre fondation, n' aïant pour but que de rendre à nôtre ſiécle la politeſſe de l' ancienne Rome, le reſſort de Vos jugemens s' étend auſſi loin, que la republique des lettres, qui ne connoit point les bornes des nations, ni des Jurisdictions. Dans cette veüe j' oſe me flatter, Meſſieurs, que Vous ne refuſerez pas Vôtre jugement ſur le projet d' une medaille moderne, que j' avois deſtinée à la naiſſance de nôtre Archiduc Leopold. Il eſt né le 13. Avril ſoûs le ſigne Solaire du Bélier, & ſoûs le ſigne Lunaire du Capricorne.

Un Savant du premier Ordre vient de me faire un doute ſur le droit d' attribuer à nôtre Prince l' Horoſcope d' Auguſte, le Capricorne, qui apres ſon Exemple a paſſé pour heureux par une opinion commune.

Son doute eſt fondé ſur cette ſeule difficulté, qu' on ne doit pas obſerver l' Horoſcope Lunaire, et qu' en ſuivant celui du Soleîl l'on ne peut prendre pour le 13. Avril que le Bélier. Il ſe rapporte ſur la diſſertation du Comte Em. Teſauro contre le Pere Monod, dite *Vergine trionfante.* Ce Comte pour n' avoir pas tort en attribuant au Prince François de Sâvoye, né au mois de Septemb. 1632. l'Ho-

l'Horoſcope d' Auguſte, fût obligé de confondre les divers témoignages de Suetone & de Manile, & de rejetter tous les monuments, qui portent le Capricorne pour Horoſcope, pour ne ſuivre, que le Cours Solaire & pour n' accorder, qu' à la Vierge, l' heureuſe influence dont le Capricorne a eté en poſſeſſion immemoriale.

Je ne voudrois pas avec le Pere Monod lui diſputer le droit de ſôutenir, que Son Prince eſt né dans le même mois qu' Auguſte, c' eſt à dire dans le mois de Septembre.

Je ne voudrois pas non plus lui diſputer le choix du cours d' une Planete, qu' il trouve la plus favorable à ſa penſée dans un jeu d' eſprit, où la ſuperſtition ne doit avoir nulle part.

Mais il me ſemble, qu' on ne ſeroit pas moins en droit de prétendre la méme liberté.

Puisque l' on ne ſauroit nier, que les anciens dans les prédictions de bon augure (in ſorte fortunæ) n' ont regardé que le cours de la Lune. Ciceron dit l. 1. de Nat. Deor. Ortus naſcentium luna moderatur &c. et Ptolomée L. 1. ad Tetrab. appelle cette ſorte de Nativité Aſtrologique σεληνιακὸς ὡρόσκοπος.

Cette obſervation ſert encore à maintenir la foy des monuments, qui nous ont conſervé ce fameux Horoſcope du Capricorne, et á ſauver les contradictions apparentes des plus Celebres Auteurs, qui parlent de ce fait.

Ainſi Suetone ne ſe contredit pas, lorsque dans Aug. ch. 5. et ch. 31. il obſerve le cours Solaire, en marquant dans un ſens Aſtronomique le jour de la naiſſance, et lorſque dans un autre ſens Aſtrologique il entre dans le detail des heureux préſages ch. 49. diſant poſitivement, qu' apres

la

la prédiction favorable de Theagéne Auguſte publia ſur des medailles (que nous voyons encore) l' heureux ſigne, ſous lequel il fût né, *Capricornum, ſub quo natus.* Manilius en uſe de même, lorsque dans le premier ſens il parle d' *Erigone ſurgens* &c. & dans le ſecond il s' exprime comme Suetone :

- - - Capricornus in ipſum

convertit viſus: Quid enim mirabitur ille
majus, in *Auguſti felix cum fulſerit ortum.*

Aratus, habile Aſtronome, ne pouvoit auſſi peu que ſon Traducteur Savant, & Prince du Sang , ſe mêprendre jusqu' à mettre le Capricorne au mois de Septembre en ſuivant un autre Horoſcope, que le Lunaire , ou à ignorer un jour de naiſſance auſſi celebre, que celui d' Auguſte, lequel eſt pourtant marqué viſiblement dans les paroles ſuivantes : Attonitas inter *gentes patriamque paventem.* Dans la conjuration de Catilina au Septembre. *Hic*(Capricornus) *Auguſte tuum genitali corpore Numen* &c.

Ce n' eſt donc plus le projet de ma medaille Meſſieurs, qui peut Vous engager à la decision de ce doute; C' eſt la garantie des monuments. Entre les quels nôtre pretieuſe Agate du Cabinet Imperial (dont la Compagne eſt gardée dans la Sainte chapelle à Paris) occupe la premiere place, montrant le Capricorne en forme d'aſtre au deſſus d'Auguſte. Avec ce denoüement facile je m' étonne, que tant d' habiles gens ſe ſoient chicané l'un l'autre ſur les ſubtilités des intercalations & du Calendrier de Ceſar. Je m'étonne même, que le ſavant Albert Rubens n' ait mieux profité lui même de ſon obſervation, qu' il communique à Wendelinus dans la derniere lettre, attachée à ſa Diſſertation ſur cette matiere. Où il avouë d' avoir trouvé enfin, apres une recherche de trois ans , qu' Auguſte eſt né l' an 690. Rom. cond. dans le 26. où 27. degré du

So-

Soleil dans la Vierge, et dans le 28. où 29. Degré du Capricorne ſoûs la Lune, *et quod ſors fortùnæ fuerit in ultimis partibus capricorni.*

Voila le Cas, Mesſieurs. Il ſeroit ausſi inutile, que malſéant de briguer Vos ſuffrages. Je les attens avec tout le reſpét, que je dois, me faiſant honneur d' être

Meſſieurs

à Vienne le 9. Mai.
1716.

Vôtre tres humble et tres obeisſant ſerviteur.

La decision favorable de l' Academie fût datée,

a Paris le 29. de Maij 1716.

Gros de Boze Intendant des Deviſes & Inſcriptions des Edifices Royaux, Secretaire perpetuel de l' Academie.

Re-

Reponſe à Meſſieurs de l' Academie Royale des Inſcriptions et des Deviſes, apres avoir obtenu leur approbation.

Mesſieurs.

SI je ſuis ſenſible à l' honneur, que Vôtre illuſtre corps vient de me faire par ſa deciſion favorable, je ne dois pas étre moins penetré de la maniere, dont il lui a plû de prononcer. Quoique je ne ſois pas le ſeul, que cette complaiſance oblige ; La cour a lieu de reconnôitre la part, que l' Academie prend, à la naiſſance de nôtre Archiduc par des voeux, qu'Elle doit préferer aux nôtres, puisqu' ils ſont moins dûs à ſes bienfaits. Cet éclairciſſement deciſif peut encore La confirmer dans le projet, qu' Elle forme de ſuivre l' exemple de la France. dans l' établiſſement d'une Societé, comme la Vôtre. Pour ce qui eſt des autres nations ; plus Vos avis les feront proficer à rendre aux belles lettres le ſiécle d' or, plus elles ſeront obligées d'avouer, qu' elles vous ſont redevables de leur politeſſe.

Pour Vous remercier dignement, Meſſieurs, d' une faveur ſi diſtinguée, il faudroit une plume de Vôtre école. Mais comme cela ne me diſpenſe pas de mon devoir, j' oſe me flater, qu' aupres de Vous les ſentiments ſincéres de toute la reconnoisſance, dont je ſuis capable, ſuppléeront au defaut de l' expreſſion, et que Vous m' accorderez l' honneur d' étre toute ma vie, avec une deference et veneration particuliere

Mesſieurs,

V. .

Na-

Natalem Sereniſſimæ Archi-Ducis Mariæ Thereſiæ

In faſtis ſuo jure notum facit Numiſma, ut lætiſſimæ fœcunditatis Auguſtæ pignus. Itaque *Spes* habitu antiquo Numiſmatico ſedens, *floremque trifidum* gerens, tenet brachio *Auguſtam Obſidem* felicitatis, quam ultra expectat orbis, poſt ereptum ſibi primum Juventutis Principem. Præſentem futuramque fortunam Hieroglyphicè deſignat *Cornu Copiæ*, quod antiquo more Infantem pro faſciis includit. Cogitata declarantur Inſcriptione:

RENASCENS SPES ORBIS

Et Subſcriptione:

FOECVNDITAS AVGVSTA

NATA ARCHIDVCE MARIA THERESIA. MDCCXVII.

Niſi

Niſi reſpondendum eſſet legum numiſmaticarum imperitis, qui irregularium quorundam numorum, (quos minùs adulta reſtitutæ artis ætas tulit) figuras *ovatas* non ſolum imitari contendunt; ſed etiam pro ſolis munificentiæ Auguſtæ teſtibus venditant; Superva caneum foret, in tanta ei numariæ luce nunc demumm tradere, quid ſit numiſma? (Gnaden-Pfenning) Quis olim apud Græcos in Philippi donatis Regiis numiſmatibus; quis apud Romanos, in diviſis ab Auguſto muneribus nummorum omnis notæ; Quis hodie numiſmatum uſus? An ſint numiſmata, numiſmatum ſeries, quibus præſertim in Gallia & Suecia Legati, aliive bene meriti donantur, velut munere, tam beneficiario pretium, quàm datori monimentum, afferente. Num vero figura externa, & quidem a norma deficiens, ſola efficiat numiſma, quod publica auctoritate munitum, pro gratiæ teſſera diſtribuatur, & torquibus quandoque extra Numophylaciorum Sacraria appendatur; quodque monumenti nomen magis mereatur, quàm numiſma regulare, cum ſacri vultus, tum rerum geſtarum imaginem, eruditis oculis ſervans? Niſi, inquam, quærendus in ſcirpo nodus eſſet; omninò pro tuenda in numiſmatibus, cuicunque memoriæ deſtinatis, circuli figura quidquam aſſerere; aut provocare ad antiquorum, & probatiſſimorum novorum, Gallicorum, Italicorum, Anglicorum, Suecicorum, Spanhemianorum numiſmatum exempla, contrario nullo unquam facto impugnata, prohiberer. Jam verò de reddenda inſtituti mei ratione, quàm de erudiendis aliis magis ſollicitus, id tantùm monere cogor: Non aliam in recentioribus numiſmatibus elegantiam ab expertis laudari, quam quæ proximè ad pri-

cam accedit;meque propterea jure quoquis optimo abſtiner
ab ovatis illis,triangularibus, quadratis, hexagonis &c.figuris
quas novorum numiſmatum infantia excuſat. Deinde *Me*
tallionum ſic dictorum Romanorum magnitudinem exce
dentes modulos tolerandos potius eſſe in primis fingendæ ce
ræ tentaminibus , ut Piſani &c. & in numiſmatibus ad pri
mas imaginum formas cereas conflatis ; quam in cuſis nu
mis imitandos. Cum elegantia non in mole , ſed in arte
pretium vero magis in varii operis , quam in maſſæ uniu
pondere conſiſtat. Monilis quidem ipſius olim , cum geſta
retur , majus fuit decus , quàm nunc , ceſſante
uſu geſtaminis

Con

Conceptus
SPECTACULI
PYROTECHNICI,

In Coronatione Hungarica Auguſtæ Elis. Chriſtinæ, quod deſtinari potuiſſet lætitiæ publicæ Poſonii, celebraturi ſimul novæ pacis felicitatem, niſi anguſtiæ temporis tantos apparatus excluſiſſent, quantos Cæſar ſuâ magnificentiâ dignos habuit.

CUm de celebranda Sereniſſimæ Pannonum Reginæ Eliſabethæ Coronatione, eamque beante nova pace cogitatum eſt, id fuit cumprimis actum, ut dandum populo ſpectaculum Pyrotechnicum, ſi non dignâ tantis ſolemnibus pompâ, minimùm novitate quâdam ſe commendaret. Itaque ne intercapedines conſumtorum ignium vacuam toties relinquerent Scenam; Verùm, ut ea, quæ repræſentantur, ſi non Sermone, literis tamen, imaginibusque, immò etiam Actionibus ſubjectiſſimam fidem & lætitiam publicam loquentibus, animarentur: Placuit Theatri loco accenſas ſubitò, & continuis deinde flammis oculum occupantes ſubſtructiones inſcriptionesque ſolitæ ignium feſtivitati addere. Et ita quidem, ut variæ actiones comicos quidem ludos, at (ne noctis ſilentium interpellent) mutâ loquacitate imitarentur. Locus ad hoc ſpectaculi genus opportunus ſatis fuiſſet Arci Regiæ vicinus mons; ſed ipſa hæc obſtitit opportunitas, quæ ob periculum nullas in oppoſitâ huic monti Arcis facie fert feneſtras. Proinde fuiſſet eligenda ſita in medio Danubio inſula, excogitandumque huic Theatro conveniens ſpectaculum, tribus abſolvendum Actibus.

ACTUS PRIMUS

Siſtit Jaſonem cum Argonautis ſolventem & aureum Vellus expugnantem.

SCena I. In ripâ Danubii modicùm ab Inſulâ diſtante apparet Navis *Argos*, luminibus undique ſplendens, ornataque ſignis militaribus & ſcutis antiquis; quam ſolvunt Argonautæ. Actum primum aperiunt exploſa tormenta bellica, veluti datum profectioni ſignum pro noſtri temporis more. Sedet, Claſſicum canentibûs lituis & tympanis, editiore in puppis loco *Jaſon*, exemplum Principis ad ardua nati, multíſque caſibus & ancipiti rerum expeditione ad imperandum exerciti. Nec non (quæ Novi Jaſonis ſingularis felicitas) Heroëm ſuum ſecuta *Conjunx*. In velo Navis lucentibus literis legitur:

PER MVLTOS SIMILIS FORTVNA LABORES.

In itinere globuli igniti, quaſi fundum exploraturi, frequenter ejiciuntur.

Scena 2. Occurrunt pericula itineris, *Monſtra Marina*.

Scena 3. In conſpectum ſubitò prodit ardens lucernis & igne artificioſo *Turris* Hiſpaniæ Victoriis illuſtratæ teſſera; Lucet in culmine *Aureum Vellus* expugnandum. Turris corona legendum exhibet:

PER TOT DISCRIMINA RERVM.

Scena 4. Claſſicum canitur iterum. Oppugnat Navis ignium variîs generibûs Arcem, quæ ex vallo, quô munita eſt, ignibus ſe tuetur.

Scena 5. Appellit Navis. Domatur *ignivomus Draco*, qui Vellus cuſtodit.

Scena

Scena 6. Superatur Vallum. Deſcendit Vellus. Finitur ACTVS I. Victoriam ſignificantibus tormentorum, ſclopetorumque exploſionibus.

ACTVS II. *Siſtit Jaſonis reditum.*

SCena I. Revertitur Navis; Victoriam interim celebrantibus variis feſtivis ignibus tam ex turri expugnatâ, quam ex navi emiſſis.

Scena II. Apparet in alia Inſulæ parte *Arcus Triumphalis*, ſpecie *Janualis Portæ* in antiqua Roma. Quia Janus, dictus cœli Janitor, fingebatur aperire & claudere anni tempus. Unde primo menſi nomen Januarii, inſignis feſtô Jani. Illud verò non ſuperſtitione antiquâ, ſed ſolemni celebritate pietas populi tantô juſtius imitatur, quantò magis anni principium impoſitô Imperii Diademate ut nòbilitatum auſpicatumque, ita fidelibus ſubjectis omnibus ſacrum eſt; quantóque opportunius apparet applicatio ad noſtra hæc pacis tempora, atque ad Sæculum Jani, quem Saturni conſiliis Saturniam ſive auream ætatem Latio induxiſſe conſtat.

Arcus octo columnis Doricis, iisque binis jugatis ſublimis eſt & ſtatuis, quæ *flumina* Imperium Carolinum irrigantia deſignant, ornatus. In medio *porta Janualis* antiquo ritu (*) propter jam antè datam Hungariæ pacem clauſa. Valvarum una continet Dedicationem.

CAES. AUG. CAROLO

IMPERATORUM VI.
REGUM HISP. ET HUNG. III. BOEM. II.
QVI HISPANIA VICTORIIS PERAGRATA
SUB ANNI M. DCCXII. AUSPICIA
ROMANUM IMPERIUM CAPESSIVIT.
ALTERI JANO,

 QVI

* Varro L. II.

QVI BIFRONTE PRVDENTIA
PRAETERITIS AC FUTURIS MEDENDO,
LATIO SVO ET RELIQUIS PROVINCIIS
PARTA VBIQVE PACE
SATVRNIAE AETATIS AUCTOR EST.
ALTERI AUGUSTO,
CVJVS VIRTVS PRIMI FELICITATEM AEQVAT
CLAVDENDO JANUM,
TIBERIQUE TAGVM MISCENDO;
CVJVS IMMO IMPERIVM SVPRA AVGVSTUM
PRO TRAIANI POTENTIA,
DANVBIVM CVM REMOTIS GADIBVS SOCIAT;
SVPRA TRAIANUM ET PRISCOS CAESARES
CAROLINO NASCENDI JURE
GANGI ARGENTEVM NOVI ORBIS FLVVIVM
CONTINUAT;
SVPRA QVINTI CAROLI GLORIAM
RHENO ALBIM, ODERAM, SAVVMQVE JVNGIT.
CVJVS VERO ORBIS IMPERIIQUE FINIBVS
LONGE POTENTIOR EST ANIMVS,
QVI SE IPSVM VICIT,
REBVS VLTRA GERENDIS
PVBLICAE TRANQVILLITATIS SPES PRAEFERENS.

In alterâ valvarum legitur Inſcriptio Secunda:

LOQVATVR ETIAM IGNEA HAEC JANILIS PORTA
IN CORONATIONE

ELISABETHAE CHRISTINAE

AVGVSTAE CAROLI VI. IMP.
HISP. HVNG. ET BOEM. REGINAE. &c.

VOTO-

VOTORVM SVPPLICATIONVMQVE ARDOREM,
QVO FLAGRAT
PANNONIORVM ORDO, SEXVS, AETAS OMNIS
PRO INCOLVMITATE REGINAE
DIGNISSIMAE SVO HEROE,
QVEM VBIQVE COMITATA EST;
QVAE EXEMPLO CAROLI
PACE HVNGARICA REGNVM HOC AVSPICANTIS,
NOVAE PACIS FELICITATE
REGNI SVI AVSPICIA INSIGNIVIT.
ADEOQVE
NVNTIAE INSTAR SOLIS
AB ORTV AD OCCASVM IMPERII TERMINOS
AEQVA FELICIVM TEMPORVM SPE REFICIT.
PROVT SIMVLACRA HAEC
SATVRNII SAECVLI SPEM
PVBLICAE ORDINVM POPVLIQVE PANNONICI
HILARITATI EXHIBENT.

Intercolumnii ex utraque parte tabulas (les tables en ſaillie) ornant vivis coloribus lucentes picturæ Hieroglyphicæ. In dextro latere conſpicitur JANVS *Clavem Virgamque Janilem* tenens una manu, alterâ invertens cornu Amaltheæ (ut ſymbolum felicitatis) floresque igneos, quibus repletum eſt, fundens in ſinum adſidentis *Publicæ hilaritatis*, eôdem quo in nummis antiquis ramo cognoſcendæ, & datos ſibi flores iterùm diſpergentis. Ad pedes Urna cum palmi ramo, antiquâ ſpectaculorum teſſerâ, caduceò. &c.

Huic Tabulæ adſcribitur ex Juv:

OPERENTVR FESTA LVCERNIS.

In Siniſtro Latere:

PANNONIA habitu antiquis nummis uſitato litans in

 ARA

ARA PACIS (qualem numiſmata Auguſti & Tiberii exhi bent) accendit Sacrificii inſtar corda ardentia. Adſtat avi pia, Ciconia. Eadem facem aliam præbet NOCTI nubibus inſidenti, & velô ſtellatô, quo erat obnubta, caput explicanti. Ante eam HESPERVS, puer nigris alis ſtellaque in capite notatus, Sagittas atras (ut vaporum umbrarumque deciduos radios) non demittit, ſed præter morem ſurſum tollit; quaſi novâ luce umbras fugante. Adſcribitur huic imagini ex Ovid. PROSPERA LVX ORITVR In ſumma columnarum coronide legitur ex Virgil.

IN PATRIAM VENTOSA PER AEQVORA VECTIS.

In tympano faſtigii Aquila Romana cum S. Cæſ. Maj. Symbolo.

Scena 3. Appellit ad hunc Arcum redux navis.

Scena 4. Eduntur nova gaudii Signa.

Inprimis Pyrobolæ imitantur fontem Salientem, qui veterum fabulis inſignitus, quaſi prope hanc portam Janualem artibus Jani ejaculatus ſit ſulphuratas aquas. (*)

In fontis baſi mentitur artem anaglypticam CVPIDO, Civicâ coronâ redimitus, Principum & populi mutuum amorem hîc deſignans, & ignitos in aqua globulos accendens, cum verbis Ovid.

MADIDIS SVBIECI SVLPHVRA VENIS.

Scena 5. E navi prodeuntes cum Aureo Vellere, duo Tropæa erigunt, unum communi ornatu cum Inſcript.

DE GALLO-HISPANIS.

Alterum Herculeas Columnas, ut poſtremum Alcidis, primum Caroli decus, ſiſtit cum Inſcript.

HERCULIS VLTIMA PRIMA.

Scena 6. Factâ cum facibus & ſignis captis triumphali proceſſione novæ tormentorum ſclopetorumque exploſiones Actum finiunt.

ACTUS

(*) Ovid. lib. 1. Faſt.

ACTVS III.

Scena I. Illuceſcit tandem præcipua Spectaculi pars,

TEMPLVM JANI,

Ut finis rerum egregiè geſtarum bellorumque pro ſalute publica ſuſceptorum. Quod Romæ etiam olim nec ſitu, nec ſignificatione multum diſtabat a Porta Januali.

Ejus formam ſiſtunt Numiſmata antiqua. Ad Templum hoc in editiori loco poſitum aditum utrinque auguſtiorem reddunt duplices Scalæ, arboribus ornatæ pro antiquo more ex Juvenale: *Longos erexit janua ramos*; Inprimis Porticus XII. Arcuum ex utroque latere, æquô Columnarum Compoſitarum numero, diſtinctæ.

Scena 2. Oritur albicantibus ſenſim in Nubibus *Phosphorus*, qui, ut in Symbolo Heroico Sereniſſimæ Auguſtæ Corpus conſtituit, Ejus Monogrammate E notatur. Apparet in Coronide Templi inſcriptio Numiſmatis Regalis:

OCCIDVI DECVS AC ORIENTIS.

Scena 3. Paullò poſt in ſerenis omninò nubibus ipſe conſpicitur *Sol*, cujus circulum abſolvit duplex Auguſti Nominis Initialis litera: Tunc in coronide templi locum diſparentis Inſcriptionis præcedentis occupat in Zophoro illud Virgil.: UTRVMQVE RECVRRENS ASPICIT OCEANUM.

Scena 4. Simulque repente in medio ſingulorum Arcuum XII. fulgent *XII. Signa Zodiaci*; Verùm ita, ut eorum Symbolicæ imagines ſignificatione Morali applicentur ad vivum noſtrum Solem, qui Orbi Chriſtiano ſub anni auſpicium exortus eſt, qui hunc etiam Virtutum Zodiacum perpetuo motu percurrit; utque ſimul alludatur ad XII. *Labores Herculis.* Nam teſte Macrobiô Herculem antiqui

(*) habuerunt Solem, in XII. ſignorum & laborum compara tione. Accenduntur etiam infra *XII. Aræ*, ſub quovi Arcuum poſitæ, olim Jano dicatæ pro menſium numerô nunc frondibus ornatæ brevi lemmate indicant eam virtu tem Carolinam, cujus Symbolum eſt lucens ſuperius ſi gnum. Sic

Arcus. 1. pro ſigno Arietis oſtendit *Aureum Vell* cum priſco ſuo lemmate: *Pretium non vile laborum.*

Infra: VICTORIIS AVGVSTI.

Arcus 2. *Taurum*, qui, ut fortiori cum impetu incut eat, primo recedit:

Quàm ferit, antè recedit.

In Ara inferiori. MODERATIONI AVGVSTI.

Arcus 3. *Geminos fratres* ſub ſpecie Caſtoris & Pollucis

Spes certa.

In Ara Inf. AETERNITATI AVG.

Arcus 4. *Cancrum*, qui lapillum injicit Oſtreæ ad ce ptandum apertæ:

In autorem recidit.

In Ara Inf. PROVIDENTIAE AVG.

Arcus 5. *Leonem* cum exuviis:

Revertitur ulto

In Ara Inf. VIRTVTI AVG.

Arcus 6. Emblema per *Virginem*, ſacrificantem ha bitu Veſtalis:

Caſta mente.

In Ara Inf. PIETATI AVG.

Arcus 7. *Libram.*

Nec fallit, nec fallitur

(*) Ut Medi & Perſæ, apud Agathiam. L. 2.

In Ara Inf. AEQVITATI AVG.

Arcus 8. *Scorpium.*

Lædentem lædit.

In Ara Inf. JVSTITIAE VINDICI.

Arcus. 9. Pro *Sagittario*, Centaurum cum lyra Apollinis, cui ſacer eſt, ut in Gallieni nummis occurrit.

Tutatur Muſas.

In Ara Infer. ARTIVM STATORI.

Arcus. 10. *Signum Capricorni* cum Orbe & temone, ut in Auguſti Titique Optimorum Principum nummis ſiſtitur, tanquam felicitatis ſymbolum, cum eadem Inſcriptione, quâ Imp. Rud. II. Idem ſignum ſibi in nummis tribuit:

Cæſaris Aſtrum.

In Ara Inf. FELICITATI AVG.

Arcus 11. *Aquarium*, Urnâ effundentem receptas undas,

Colligit, ut reddat.

In Ara Inf. LIBERALITATI AVG.

Arcus 12. *Piſces* inter fluctus & procellas;

Nil turbat.

In Ara Inf. CONSTANTIAE AVG.

Scena 4. Inter novas has luces Victores ovantes, faculasque lauro redimitas Thuribulorum ſpecie portantes, conſcendunt per ſcalas Aditum editiorem Templi. Auditur in Proceſſione ſuavior pacis muſica fiſtulis tibiarumque novo genere. (Hautsbois)

Scena 5. Portæ belli apertæ clauduntur.

Scena 6. In Valvarum una apparet ignitis literis.

Felicitas Temporum.

Infra:

VIVAT CAROLVS.

In altera:

BEATA TRANQUILITAS.

Infra:

VIVAT ELISABETHA CHRIST.

Scena 7. Editis ultimîs lætitiæ ignivomis teſtificationibus clauditur ſpectaculum. Manente ædificiorum lumine, triſtesque Umbras inter populi plauſum fugante.



Facies prima arcus aditum aperientis ad Circum Max. qui exhibendus fuit in Imp. Car. VI. Natali XXXIII.

Tab. I.

ad pag. 108.



Facies prima arcus aditum aperientis ad Circum Max. qui exhibendus fuit in Imp. Car. VI. Natali XXXIII.

Tab. I. *ad pag. 108.*

Ad operum infectorum formas tectonicas æquo jure liceat referre ſequens:

Schema Horti illuminati

pro celebrando ipſis Calend. Nov. dierum auſpicatiſſimo, qui Cæſ. Auguſti Caroli VI. natalis eſt,

cum Sereniſſimus Poloniæ Regius & Saxoniæ Electoralis Princeps Vindobonæ Suburbanum Lichtenſteinianum, quod habitabat, feſtis ignibus hoc die ſtatueret exornare; niſi conſuetudinis aliarumque circumſtantiarum reſpectus ſuaſiſſent, his ſolemnibus alia ſubſtituere.

HUjus Palatii Hortorumque ſpatium amœnum & variatarum undique facierum gratia juvatum, in VII. partes dividitur: ut intrantibus ignium continua ſolisque varietatibus intermiſſa ſeries aſpectum unum objiciat rerum, quæ ſitu quidem et apparatu diſtinguuntur, at oculo miſcentur;

Nimirum, I. Arcus triumphalis; Cujus Architectura erat Dn. Ferd. Bibiena, Cæſ. Archit. Theatr.

II. Areæ in Circum transformatæ;

III. Primæ faciei in Palatio;

IV. Per ejus apertas porticus patentis Atrii tranſitorii;

V. Faciei ſecundæ, in Palatio, & hic quidem adeò averſæ, ut ejus nihil in conſpectum veniat; ut vero in oppoſito horti limite ſtantibus nova Palatii rerumque omnium commutatio, ſcenæ inſtar verſatilis, obverſetur;

VI. Horti, luminibus floridi, & fontium, qui

qui circumpoſitas flammas geminant, ardentibus undis micantes.

VII. Magnifici ultimi Prætorii, quod ingenti arcu aperto viſum et terminat, et detectis vicinis montibus producit; in hac vero celebritate Templi Pacis ſpeciem præ ſe fert.

Argumentum univerſi ſpectaculi, ſingula connectentis, eſt: In S. Cæſ. & Cath. Majeſtatis Natali fauſtiſſimo, Belli, & novæ præſertim Pacis gloriam ſolenniſſima feſtorum dierum pompa, ludorum Circenſium exhibitione, prædicare; atque explicatis Circi myſteriis tanti Solis ortum celebrare; inprimis antiqua natalium feſtivitate, lucernis gaudii ſignificatricibus, cohoneſtare.

I.

In hunc finem arcus, 70. pedes altitudine æquans, ex eâ parte, quâ Suburbanum aditur, in frontis culmine ſedentem exhibet *Janum*, [a quo tranſitus pervii omnes vocabantur Jani] non modo temporum autorem, & imaginem Solis, quem Circus explicatiús oſtendit; ſed etiam pacis præſidem, & fundatorem ejusmodi temporum, quibus ſub noſtro Auguſto beamur. Frontis Tympanum tegitur ſcuto, in quo radians *Sol includit circulos Monogrammatis* Carolini X; quodque coronatur *Laureâ*, & Phœbo & Imperatori victori Sacrâ. Vacua utrinque ſcuti latera ornant ad dextram *Apollinis Arcus pharetraque*, deinde telis confixus *Serpens Pythius*, victoriarum in Oriente decora; ad lævam *Herculis*, ludorum inventoris, *clava & fax cum hydra*, in Occidente domita & domanda. Continuant hanc ſignificationem explicantque ex utraque parte adjacentes *ſtatuæ Orientis & Occidentis*; Illa Solem dextra; ſiniſtra ferens 4. Trophæa Turcica; Hæc Solem ſiniſtrâ, dextrâ clavum laureatum, ob expeditiones maritimas in Occidente, geſtans. In infimis acroſteriis *Urnæ palmis inſtructæ*, quales victoribus in ludis propoſitas nu-

miſ-

miſmata exhibent. In columnarum utrinque projectarum trabeatione 2. *Equeſtria Deſultoriorum Equitum ſigna* locum, cui hæc triumphalis porta aditum præbet, apertiùs deſignant. Feſtum populo diem in Zophoro Martialis indicit:

DICAMUS BONA VERBA VENIT NATALIS!

Infra intercolumniorum vacua utrinque explent 2. tabulæ, Allegorica ſignificatione docentes felix omen, quod tribus Turcicis victoriis natalem Sac. Cæſ. Majeſt. menſem inſignivit. In prima *Victoria ſtans Carolum, quem brachio gerit, laurea ſua corona, & victoriis initiat.* Inſcriptio:

LVSTRAVITQVE TVOS AQVILIS VICTRICIBVS ORTVS.

Claud.

In ſecunda *volitans eadem ſuper boſtium ſpolia tedam genialem oſtendit, multis laureis per ſingulos Natales cumulatam, atque tubam inflat.* Inſcriptio:

CONTINUOSQVE TUOS REPETENS CELEBRABIT HONORES.

II.

Area recto limite terminatur ab una parte facie Palatii, altera ſepto politiſſimo in ſemicirculum circumducitur. Iſta eſt ſtadiorum forma. Itaque ex ipſius loci opportunitate in conſilium verſa, Circo repræſentato accedit commendatio. In eo, quemadmodum omnia olìm redeuntem peracto curſu ſolem loquebantur; ſic neutiquam aliena ſignificatione animantur Circi noſtri præcipuæ ſcenæ:

1. Adi

1. Aditus interior.
2. Arcuati carceres, ſive oſtia, unde equi emittebantur.
3. In medio Spina, ſive obeliſcorum, ſignorum, ararum ordo, cujus extrema curſu circumeundæ metæ finiebant.
4. Menianum, ſpectatorum princeps locus.

I. In Aditus interioris Arcu faſtigium ornat ſedens *Genius natalis*, qui *facula ardente*, ſibi propriâ [ut olim, mappæ loco, fax accenſa aurigarum miſſionibus ſignum dabat] ortam lucem indicat, & Præconis inſtar hanc natalitiam imperat hilaritatem. Stylobatas diſtingvunt decoramina compoſita ex antiquis felicitatis, fœderum, pacisque ſignis; *caduceo, junctis manibus* &c.

In Zophoro:

ORBI FELIX SÆCULORUM ORDO NATUS MDCLXXXVI. Calend. Oct.

Reliquum ſpatium ſimplici ornatui datur *Hermularum*, (*) quæ pro columnis inter tres ab utroque latere arcus continuatur.

Ut *Carceres ſex* [unde curſuum olim fiebat initium] repræſentent, atque cum ſex oppoſitis in altero limite carceribus XII. miſſionum oſtia, [XII. menſium ſigna] abſolvant. Nam ab Hermulis demiſſi funes cancellos oſtiorum ſimul pandebant. In carceribus ipſis ſive oſtiis, bigæ, trigæ, quadrigæ Circenſes cum ſuis aurigis ad curſum paratis conſpiciuntur; *Coloribus* autem *qautuor* diverſis, quatuor factiones & anni tempora referentibus, diſtingvuntur. Colore *praſſino* ver, *veneto* hyemem nubilam, *roſeo* æſtatem, *albo* autum-

* erant Mercurij (Ludorum Præſidis) capita truncata arctioribus lineis infra, terminorum inſtar, definentes. Quare Iſiodorus Etymologiar. L. 18. Hermulas inepte deſcribit, funem manibus ante carceres tenentes.



TAB. II. Oi posterior facies eſt ex Delineat. Dni. Bibiena.

ad pag. 112



TAB II.

Idea Circenſis Spectaculi edendi in S. Caes. et Cath. Maj. Natali. *Arcus anterior et posterior facies eſt ex Delineat. Dni Bibiena.*

tumnum pruinoſum pingente, ex accurata Caſſiodori deſcriptione, nec non Corippi de Laud. Juſti. L. 1.

- - - quattuor eſſe
Solis equos quadam rerum ratione putârunt,
Tempora continui ſignantes quattuor anni;
In quorum ſpecies ſignis, numerisque, modìsque,
Aurigas totidem, totidem poſuêre colores.

Deinde XII. anni menſes ut expreſſius ſignificentur, Stylobatis in trabeatione Carcerum arcuatorum ex hac parte imponuntur *ſex ſtatuæ*, quæ ſex unius Eclipticæ Signa; at ſimul Allegorica ſignificatione geſta Imperatoris Car. VI. proponunt; aliter omninò, quàm in ſpectaculo præcedente Emblematica eorundem ſignorum expoſitio idem argumentum tractavit.

Martii ſignum, *Arietem*, in forma antiquæ *machinæ bellicæ*, qua pulſabantur muri, fert *Mars*; cui & menſis nomen debet, & ſacer eſt. Arietem onerant transfixæ *quatuor coronæ*, *duæ murales*, ob Temeswari & Taurini expugnationem; *duæ laureæ*, ob poſtremas binas victorias Turcicas.

Taurus ſub pedibus *Herculis Romani*, Cornua, Lunæ teſſeram, evellentis; ut celeberrimum felicitatis publicæ Symbolum, cornu Amaltheæ, producat.

Gemini ſub Lupa Romulum Remumque referunt in ſcuto, quod tenet *Roma* ſtans & ſcuti Symbolicâ inſcriptione innuens ſuam fratre altero continuatam æternitatem:

MAGNAE SPES ALTERA ROMAE.

CANCER, ille eſt, qui in Symbolo Imperatori Auguſto tributo, *papilionis alas apprehendit.*

Inſcriptio: LENTA FESTINATIO, iterum ornat ſcutum

in manu *Æqui Animi*, ſtantis, et amuſſim cum perpend culo gerentis.

Leo, ad pedes *Fortitudinis*, quæ Columnæ innititur ut ſimul alteram S. Cæſ. et Cath. Majeſtatis virtutem Symbolicam deſignet.

Virgo verâ ſuâ *Aſtreæ* forma ſpicam tenet & *Saturni circulum*, cujus tempora ejus in terram reditus reduxit.

Omnes, quibus arcus clauduntur, lapides *ſignis ſunt cœleſtibus* notati; incumbæ omnes, et brachiis ferendis apti loci fulgent ardentibus auratis facibus.

Antequam enumerentur VI. in oppoſitis carceribus locatæ Menſium ſtatuæ; deſcribenda occurrit

Media Spina.

In cujus centro non licuit uni maximo obeliſco ſolitum locum adſignare; ne viſui multo jucundiſſimus per medios apertos tranſitus ubique pateſcens proſpectus obſtrueretur.

Proinde magis ex uſu fuit, pro recta ſpina, transverſam ponere, et arcuum in utroque limite non aperturæ, ſed intercolumniis opponere, duos obeliſcos LX. pedum. Ut, pro uno Sole, *Orientem* & *Occiduum* forment ſimulato Porphyrita, cujus translucentia ſola ornamenta metallum auratum imitantur. Sunt iſta ornamenta Hieroglyphica.

Nam in primo Orientis obeliſco ſummum angulum reples *Phosphorus*, cujus radios fingunt *ſagittæ* ſurſum tendentes, matutinorum inſtar vaporum. Reliquum ſpatii ſuo ordine et decore occupant Orientis *ſpolia Turcica*. In ſtylobatæ talo *fabula Jaſonis*, qui draconem, aurei velleris cuſtodem, oppugnat, et myſticum Burgundici Ordinis ſenſum aliter, quàm in præcedentibus innuit.

Occidentis obeliſcus in alto oſtendit *Heſperum*, pro cujus radiis *deciduæ ſagittæ* veſpertinos delabentes vapores delineant. Medium fundum ornat *Tropæum navale*, cum antiqua prora, ob S. Cæſ. et Cath. Majeſtatis expeditiones maritimas Occidentem verſus confectas.

In ſtylobatæ talo fabula iterum Jaſonis, alio actu ſiſti-
ur cum *Argonautis*, qui per æquora *Hiſpanicum vellus* pe-
unt.

Spinæ extrema terminant 2. Metæ. Illa, quæ ex Occiden-
is parte ſurgit, pro tribus conis antiquis, *duobus* tantum
onſtat, ut illi *Herculearum* [in Occidente a S. Cæſ. & Cath.
Majeſtate expugnatarum] *columnarum* vicem, & novo
imulacro ſuppleant, & nova ſignificatione belli pacisque
rtes in Cæſaris Symbolo loquantur. Nam primum,
irculorum Zonarumque loco, cingunt tres coronæ, *na-
valis*, *muralis*, *laurea*, ob res terra marique geſtas; ſecun-
lum circumdant tres aliæ: *Oleaginea*, ob pacem toties
undatam; *palmea*, ob religionis cultum; *quercina*, ob ci-
es ſervatos. Culminum ova teguntur galeis, cum *Mar-
tis* in cono belli, tum *Minervæ* in cono pacis. Illius baſis
abet brevem dedicationem:

FORTITUDINI HERCULIS.

Hujus baſis:

CONSTANTIAE HERCULIS.

In principio jam monitum eſt, his ludis maxime con-
venire Herculis, primi Ludorum Circenſium Inventoris .
memoriam.

Altera, Orientem reſpiciens Meta *Auguſtæ eſt Eliſabethæ*
ervatisque tribus conis, Phosphorum ſ. *Veneris ſtellam*,
Symbolicum Auguſtæ Corpus, refert; loco non minus
congruo. Quia iſta Circi regio a Murciâ vel Myrtheâ,
(cui erat ſacrata) Venere vallis Murciæ nomen accepit.

Allegoriæ, quæ ad Venerem Cœleſtem alludit, eadem
eſt fictio, quam numiſma Coronationis Hungaricæ oſten-
dit; alites tantùm, (ut in variatis iisdem cogitatis par eſt)

repræſentata. Dum tria a tribus conis geſtanda ova tribus *aureis coronatis Pomis* cumulantur, eô ſenſu, quo in numiſmate, et tria regna, et Deæ ter victricis prœmia efficiunt, pag. - - Pari ſenſu conorum primus proponit *Junonis*, Reginarum Reginæ, attributa, cum dedicatione:

JUNONI VICTRICI.

Alter *Sapientiæ Deam* pingit cum dedicatione:

MINERVAE VICTRICI.

Tertius *Dearum pulcherrimæ* dedicatur:

VENERI VICTRICI.

Ut innuatur: *Eliſabetham* laudes maximarum dearum non modo complecti, ſed etiam ſuperare.

Obeliſcis interpoſitæ quatuor Aræ ardentes feſtivo igne, *quatuor anni tempora* mutatis encarpis loquuntur.

In Tectis, quæ arcum ambiunt, et Circi ſemicirculum formant, ſtatuarum vaſorumque diſpoſitionem reddunt amœniorem additæ, quibus ardet, flammæ & faculæ.

Accedit jam narratio ad ultimam Circi et tertiam feſtivorum ignium partem, ad Menianum cum ſex reliquis carceribus, qui ſex primis oppoſiti ſunt. Illud mediam partem conſtituit in Palatii facie anteriori.

III.

Ita ut pateat Palatii aditus quinque arcubus apertis, qui ex ædis veſtibulo Cryptoporticum efficiunt. His in adſtructa Meniani facie adduntur utrinque duo, ut ſeptem ſint numero; Medius pro Janua, reliqui ſex pro Carceribus.

In medio extra carcerum numerum arcu aditum inſi-



ermin io, Menianoq.

Tal

ad pag. 116.



Facies anterior Palatii cum Circi parte terminante ſemicirculum; Nim. cū. 6. Carceribus, et Podio, Menianoq.

Tab. 112.

ad pag. 116.

inſignit ingens *Eoi Phœbi redeuntis* & ſceptro oculato, ocellum mundi deſignantis, *Quadriga princeps*, tam Circenſium, quam hujus noſtri Orientis Solis præcipuum decus. Cujus imago cum equis ex nubium quaſi fluctu emergentibus mediam ædis partem occupat. Ut ille non modo indicet felix victoriarum Turcicarum augurium, quod Imperatoris natalem nobilitavit; Sed etiam firmatum novis triumphis Turcicis ut oſtendat omen; legitur in curru triumphali:

ORIENS VICTOR.

Locum, quem in ceteris arcubus notant ſigna Zodiaci, hic implet Inſcriptio:

CAESARI AUGUSTO.
CAROLO VI.
ORBIS SOLI BENEFICO
HEROUM SIDERI
IMPERII ET REGNORUM OPTIMO PARENTI,
DEBELLATIS INTRA BIENNIUM GENTIBUS BARBARIS.
PRIMO LUSTRO TER PACATIS PROVINCIIS
ET FUNDATA UBIQUE LÆTITIA PUBLICA
DIGNAM TANTO IMPERATORE FORTUNAM
IN NATALI XXXII.
ET MULTOS NATALES
FELICITER.

Meniani podium lampadum lineis, et ſex, qui ſuperſunt, menſium ſignis nitet:

7. *Libram* gerit *Æquitas Aug.*
8. *Scorpium* manu tenet *Prudentia*, cujus in ſpeculo Lemma:

Ex veneno medelam.

9. ♐ *Sagittarius* ſub figura *Apollinis* arcum vertit contra proſtratum draconem.

10. *Capricornum*, ab antiquis inter prima felicitatis ſigna poſitum, geſtat *Fortuna Aug.*

11. Pro *Aquario* eſt *Danubius*, urnæ ſuæ attonitus apponens et *tropæum* et *caduceum*.

12. *Piſces*, ut captatores captos, hamo ducit *Vigilantia* cum grue.

Sunt in hac Meniani ſtructura Columnæ *ſtriatæ*, quarum canaliculi fulgent pellucidi. Feneſtræ omnes ita luminibus ſplendent, ut nihil illa proſpectum impediant, neque ornatum Architectonicum tegant, ſed juvent. In ſupremo ordine micant *ſtellis*, quot ſunt feneſtræ, tot *litteræ*, ſupra vicinas domus prominentes, ac e longinquo fulgorem prodentes, ut hoc componant votum:

VIVAT CAROLVS VI.

In ſecundo ordine tres ex utroque latere feneſtræ ita diſtinguuntur, ut in media volitantes *ludorum lætitiarumque reduces genii* cum inſtrumentis muſicæ, larvis comicis palmis &c. unâ manu accenſas ferant faces, altera teneant aut umbellam, aut ſub ea *Monogrammata Cæſaris et Auguſtæ*, vel deciduos frondium, præſertim *Rutæ Saxonicæ*, externis lampadibus quaſi florentis, encarpos. Additur Lemma ex Virgilio:

Reduces ludunt.

In aliis ſcuta, (Cartouches) ardentibus facibus ornata, non omnino tollunt proſpectum, pellucidisque Symbolis ſplendent.

Infra, pro faculis, ardent *cornua Amalthea*, felicitatis pacisque Symbola:

Qua-

Quatuor Scutorum Emblemata Allegorica ſunt:

1. *Roma ſedens* in gremio geſtat *natum Principem juventutis*, qui (ob partas illo tempore a D. Leopoldo victorias tres Turcicas) Victoriæ ſignum boni ominis cauſa manu tenet. Felix augurium deſignat *advolans aquila Romana puerum laurea coronans*: Lemma:

AUSONIUMQUE DUCEM CIRCUMVOLAT.

Claud.

II. *Hercules infans Hydram diſcerpit*:

JAM POTUIT TENERAS FRACTA TIMERE MANUS. Mart.

III. *Danubius* urnæ incumbens victrix oſtentat *vexillum*, in quo legitur verſus Mart:

JAM NOVA PANNONICI NUMERATUR GLORIA BELLI.

IV. In Segmento Globi terreſtris *Thuribulum* cum gubernaculo *fortunæ reducis*. Pro inſcriptione eſt Præced. Verſus Pentameter:

OMNIS ET AD REDUCEM NUNC LITAT ARA DIEM. Mart.

In ordine infimo feneſtras, ferreis clathris munitas, tegunt ſculptæ aquilæ, *Romanæ nigræ*, et *albæ Polonicæ*, quæ faces auratas gerunt, et collo appenſa oſtendunt pellucida Inſignia Symbolaque.

Reliquum lampadum poſitum Sciagraphia ſpectantibus, quam narratio legentibus exhibet cùm facilius, cùm gratiùs.

IV.

In Veſtibulo tranſitorio oculis patet undique circumfuſus lychnorum cereorum fulgor.

V.

Facies altera averſa Palatii,

In qua lineas omnes Architectonicas lampadum continua lux tenebris eripit. Mediam ædis nobilioremque partem inprimis illuſtrant ſub primi tabulati feneſtris ingentes *Rutæ Saxonicæ* encarpi, non extùs, ut in facie anteriori, luminibus ſignati; ſed *pellucido viridi* translucentes et aquilis Polonicis, quæ faces geſtant, ſublati. Laterum in feneſtris principibus faculæ auratæ infixæ ſunt ornamento. A. Tab. II. quod aquila biceps cum Imperii *globo* et *gladiorum Electoralium* inſigni componit. Supremi tabulati feneſtræ ſingulæ ſingulas iterum litteras ardentes ex *unionibus* compoſitas oſtendunt, ſcribuntque alterum votum:

VIVAT ELISABETHA.

Jam. VI.

Hortorum decor, ut ſe menti ſiſtat; hic verò præſertim Sciagraphia opus eſt. Utque exhibeantur varias in formas geſtationum, ambulationum, pulvinorum & ſtipadiorum conciſæ partes, quæ lampadum fulgore noctis opacitatem ſereno die reddunt jucundiorem; arborum umbræ patulis frondibus vireſcentes; tonſa arbuſta luminibus tantùm amœnitatis reddentia, quantum ab illis accipiunt; translucentes aquæ ſalientes; fontes, qui ſpeculi inſtar duplicant ambientes ignes; ſtatuæ lucentes; & vaſa, pro arboribus, flammarum feracia.

VII.

Poſtremum ſpectaculum eſt, non ſumtuoſum magis, quàm elegans Prætorium, quod hortum terminat, non viſum. Nam illum apertus ſublimis arcus producit ad extremos

Tab. ... rii Spectaculum. ad pag. 120.

Tab. IV

Hortorum & Prætoru Spectaculum. ad pag. 120.

tremos ſuburbii ignes et diſſitos longe montes, accenſis virgultis ſitum detegentes. Acceditur ad hoc prætorium per ſcalas variis deſcenſionibus in circulum redeuntes, quas ubique lampadum ordines et ſigna lucentia interſecant. In medio fons aquas ſuas ignium ſplendore accendit. Prætorii facies formam induit *Templi*, non Jani myſterio cluſi, (ut alibi jam exhibitum eſt) ſed quod ſymbolorum ſignificatione poſt pacatos ampliatosque Orientis fines *Paci* dicatum. Itaque teguntur feneſtræ more antiquorum templorum, quæ diurnâ minus luce, quàm cereorum olìm nitebant cærimoniis. Ardent feneſtrarum loco pellucidis ignibus *Areæ pacis*, quales cernuntur in numis antiquis, alterne interpoſitis *tropæis Turcicis* pariter pellucidis, ut e longinquo proſpiciantur. Duas columnas lapideas, quibus includitur aditus, in uſum ita vertunt *frondes oleagineæ*, cingentes eas et a reliquis ædificii partibus ſeparantes, ut Symbolicas Auguſti columnas ſiſtant nova imagine, Dum unius apicem inſignit *orbis Catholici globus* cruce notatus, alterius *aquila quartæ Monarchiæ*. Animant ſignificationem primò, nubibus libratum in ſummo arcu, *Temporis ſignum* pellucidum, extenſisque brachiis has columnas oſtendens; Deinde in Zophoro ardens inſcriptio, quaſi à tempore pronunciata ad confirmandum divinum de Eccleſiæ et Rom. Imperii æternitate oraculum, atque ad extollendam ſenſu ſecretiori Carolinæ conſtantiæ et fortitudinis ſempiternam gloriam.

HIS EGO NEC FINES RERUM NEC TEMPORA PONO.

Tectum & tecti frontale lampadibus atque micantibus ſignis coruſcant. In Tympano fulget compoſitum detectis lucernis duplex C. Scalas aſcenſuros ſiſtit Inſcriptio in ſubſtructione:

 MACTE

MACTE REGNORUM FIRMAMENTO
CAROLE CÆSAR,
SIS FELIX ORBIS
CHRISTIANI RECTOR,
SUBJECTI STATOR,
PACATI GAUDIUM,
ARMATI TERROR,
PRESSI SPES,
LIBERI AMOR.

Hic viſus a fronte. Latera producuntur nova porticu, vineæ inſtar, *pellucidis uvis pampinisque* externis ceteroquin flammis veſtita. Stant in ſcaphis ſive loculamentis ardentia ſigna, quæ autumni tam feracis felicitatem deprædicant: pueri, non ſpicarum, ſed *palmeas* & *oleagineas* victoriarum pacisque *faſces* nectentes; *Fauni* & *Nymphæ*, tripudiis indicantes gaudia nemorum, fluviorum &c.

Animat pórticum Virgiliana inſcriptio:

SUAS MIRANTUR TEMPORA MESSES.

Neque tacendus eſt præcipuus feſtivorum ignium decor, per patens pacis templum aërem nova luce illuminans, *fons Igneus*, ſaliens ſupra 12. pedes vomensque per 5. horarum ſpatium ignem placidum et continuum ex copiæ cornu Symbolico, quod tenet puteo innatans ſignum *Pacis* auratum. Hæc in ultimo horti limite; adeoque in regione, quæ pulveris nitrati fœtorem nebulamque facile averteret.

Ne putes, ſumtuum metum exequendo ſpectaculo obſtitiſſe. Confecta erant omnia, et tantùm non ſuo loco poſita.

Sym-

Symbolicæ Imagines,
quibus ornatæ
nocturnorum ignium moles,
in
Auguſtis Natalibus
Serenisſimi Archiducis
LEOPOLDI,
Principis Aſturiæ
publicam Vindobonnæ lætitiam loquebantur.
A. MDCCXVI. D. XIII. Apr.



His quædam ejusdem generis fictæ adumbrationes, ut ingenii luſus & Progymnaſmata, adjiciuntur.

INitio ſtatim jubet exempli periculum monere, quod fulgentes hujusmodi ignibus moles, inter tot comburendas facilè materias, non aliis arſerint tedis, quàm ita compoſitis, ut nullum, ne a deciduâ quidem ſcintilla, periculum fuerit. Sic enim præparabantur, ut dicatæ fixo ſtatoque tempori, potuerint & cum vento & cum pluvia pugnare. Deinde tacendum non eſt, hujusmodi ſtructuræ, Architectonico ordine cohærentis, primum Vindobonnæ ſpecimen in his ſolemnibus editum fuiſſe ab Illuſtriſſimo & Excell. Dno. Comite Althannio. Olìm ad ſic dictarum Illuminationum ſpectacula non adhibitis, niſi ceratis facibus, aut pictis & unctis feneſtris. Quod exemplum, antequam in opere abſolutum fuit, uti ceterorum Procerum magnificentia eſt ſecuta, ita inſuper habitô ordine, (qui in hac narratione nullus eſt) primo venit loco recenſendum:

Palatium Hiſpanicum,

Quod inhabitat Illuſtriſſimus & Excellentiſſimus Dn. Michaël Joannes S. R. J. Comes ab Althann. Sac. Cæſ. & Cath. Maj. nunc a Conſiliis Secretis, & Supremus ſtabuli Magiſter, Eques Aurei Vell. Bohemiæ Pincerna hæred. &c. &c.

Dimidiam ædificij altitudinem occupavit nova geminarum per areolas & intervalla in ſe redeuntium ſcalarum ſubſtructio, ubique lampadum lineis notata. Cancellos feneſtris oppoſitos, pro Solemnium ejusmodi more, veſtiebant aulæa, quibus Caſtiliæ Legionisque teſſeræ intextæ. Podii integri longitudo ferebat alternis ſtylobatis & *ſtatuas* & vernorum *florum calathos*, nec non erectas *abietes*; non modo antiqui in natalibus celebran-

brandis ritus (*a*) imitatione; ſed etiam alludendo ad abietem, quæ in Teſſera Althanniana Gentilitiæ Caſſidis Apex eſt.

Has inter ſcalas ingens porta aditum domui aperiebat, cujus utrumque latus fulgebat duobus Magnorum Hiſpaniæ Carolorum decoribus Symbolicis, *binis Columnis Herculeis*; Quarum dextrum par Imperatoris Caroli V. Symb: *Plus ultra*; ſiniſtrum par Imperatoris Caroli VI Symbolum: *Fortitudine & Conſtantia*, deſignabat; adjectis Cæſarum Monogrammatibus diadematibusque. Media ſummaque Trabeatio habebat *Scutum Hiſpanicum*, tectum Corona Regia, cinctumque Torque Aurei Velleris. In illo Heraldicam *Turris Caſtilianæ* ſignificationem reddebat Symbolicam Lemma Virgilianum:

STAT FORTVNA DOMVS.

Trabeationis ejusdem extrema finiebant cubantes duo *Leones Hiſpanici*. Reliquam palatii faciem; ad exemplum novæ Pariſiorum Regiæ, in prominente porticus deambulatione ſeries Columnarum junctarum Compoſiti ordinis ita mutabat, ut non aliam prorſus tecto ædificio ſtructuram ſuperinduceret, ſed per intercolumnia liberum relinqueret feneſtrarum in receſſu proſpectum. Columnarum quodque par interſecantes & ornantes ſtatuæ eo apparent habitu Symbolico, quo, tam auſpicato verno tempori, præ Januario, anni principium afferant. Itaque de Periſtylii medio ſupremo demiſſa in nubibus, intus forisque illuſtratis, emicabat Solare Sereniſſ. Archiducis ſignum natalitium: *Aries*, duplici ſignificatione exhibens Felix temporum Ver, & Torquati ordinis Hiſpano-Burgundici Aureum Vellus, nova luce in tantæ ſpei Principe reſplendens, cum Lemmate:

VERNVS IM ORBE DECOR.

Accommodatur huic repræſentationi reliquus apparatus, ex illa, quam Ovidius Lib. V. Faſtorum inſtituit, contentione: Utrùm à Jano, an à Vere ſit incipiendum anni initium. Hoc [propter tanti Solis ortum, à quo novus ſæculorum ordo procedit,] Veri vindicat ſtatua *Floræ*, addito in baſi Ovidii verbo:

EST NOVA TEMPORIS ÆTAS.

Neque repugnat ſtatua ſecunda *Jani Clavigeri*, ſuo jure cedentis, dicto ejusdem Poëtæ:

HÆC ANNI NOVITAS JVRE VOCANDA FVIT.

Gerit Flora *ſertum* ſuum, gerit cum Clave Janus *palmam*, ob clauſum Janum. Eademque *ſerti* et *palmæ* inſignia alternis vicibus ornant ſtatuas ceteras, exhibentes Numiſmatica ſignificatione, Serto LÆTITIAM PVBLICAM; Palmis HILARITATEM TEMPORVM.

Poſt columnarum faciem retrò in ipſa æde ſe oculis objicientes feneſtræ, ornatu Architectonico (quem Vitruvius Antipagmentum dicit) ſunt deſtitutæ. Itaque novo circumdabantur opere ſculptili temporario, et ſic comparato, ut in apice *numiſmati*, atque ex lateribus inter *pendentes florum corollas* affixis ardentibus *Romanis facibus* locus eſſet.

In Numiſmatibus haud interrupta ſerie apparent Majorum Imagines, quotquot Auſtriaca gens Hiſpaniæ Reges dedit:

1. *Philippus I. D.G. Rex. Hiſp. Ar.. Auſtr.*
2. *Carolus V. D.G. Rom. Imp. Rex. Hiſp. I. Ar. Auſtr.*
3. *Philippus II. D.G. Rex. Hiſp. Ar. Auſtr.*
4. *Philippus III. D.G. Rex. Hiſp. Ar. Auſtr.*

5. *Phi-*

5. *Philippus IV. D. G. Rex. Hiſp. Ar. Auſtr.*
6. *Carolus II. D G. Rex. Hiſp. Ar. Auſtr.*
7. *Carolus VI. Rom, Imp. Rex. Hiſp. III. Ar. Auſtr.*
8. Archidux Orbi, quem Turris ſignat, inſidens; LEOPOLDVS INFANS HISPANIARVM.

Secundæ Contignationis feneſtræ, pro conveniente cum inferioris ordinis ornatu, pariter circumdantur Antipagmentis, quæ facibus ſplendent. Eſt in medio temporarii hujus ædificii locus ſtatuarum ornamento commodus; Ibi globo puniceo et Faſciâ Auſtriacâ diſtincto inſidet BONVS EVENTVS tenens ſiniſtra pateram ſuam cum ſpicis & fructibus, quibus pariter in numis Romanis noſcitur Hiſpaniæ fertilitas. Hic in Tabula Votiva, ſupra portam eo, quo veteres ſuſpendebantur, ſitu, quaſi exarat Inſcriptionem ſequentem:

EVGE! EVGE!
DVM PARTVRIT NATVRA,
SALVE NOBIS NATE,
PRINCEPS JVVENTVTIS,
MAGNI PATRIS INCREMENTVM,
SPES ORBIS,
PROVINCIARVM SALVS.
NOVA AVGVSTAE DOMVS PROPAGO!

Adſtat Hispania, coronâ Regia et paludamento inſignis, oculos attollens ad præfulgidum cœleſte Aurei velleris ſignum, quaſi ejus auſpicato influxui in acceptis ferens pignus felicitatis, *Hiſpaniæ Infantem*; quem geſtat in clypeo ſuo, duplici ſagitta (ut in numis Romanis) notato:

In Periſtylii Zophoro Votum repetit verſus Catulli:

O NIMIS OPTATO SAECLORVM
TEMPORE NATE.
SALVE DEVM GENVS.

Suprema trabeatio fulget ſerie flammarum, quæ inter

Silices



Bibiena quum eam



Schema illuminati Palatii Hiſpanici Haud quidem ex delineatione Architecti Dni Bibiena, quum eam ejus in itinere Italico abſentia denegaverit Portæ ſitum et inæqualia inter feneſtras ſpacia excuſat ſtructura.

ad pag. 128.

ſilices ordinis Burgundici ardent; Stylobatis varia lampa-lum decoramina intermiſcentibus.

Opus ſtruxit Dn. Joh. Gallus Bibiena S. Cæſ. Maj. Theatrorum Architectus.

Seren. Princ. ac Domini Adami Franciſci S. R. J. Principis de Schwarzenberg, S Cæſ. & Cath. Majeſt. à Conſiliis Secretis, Supremi Aulæ Mareſchalli, Equitis Aurei Velleris &c. &c.

Palatium commodus ſitus deſtinavit excelſæ ſtructuræ, referenti variis ignibus ardentem Solis Regiam. Illa integras ædes a fundamentis ad culmen uſque ita occupavit, ut in ſupremo tympani faſtigio Aurora ſplenderet. Dextrâ tenebat ſuam lucentem præ ceteris faculam, & in curru nubibus pendente vehebatur *Pegaſo*, illi a Poëtis adſignato. Sic Allegorica imagine In Novi Solis ortu cùm micans ſingulari luce *fax* Tedam Natalitiam, tum *Aurora* auſpicatiſſimi luminis Genitricem, [pro Ejus ſymbolo Heroico]; Nec non *albus equus* Luneburgicus *Gentilitium* Auguſtæ Matris *decus* ſimul exhibuerunt. Infra eam Jovis Romani et utriusque Imperii *bini alites* geſtabant *Orbis Globum*, quem non externus ignis, ſed ex parte altera Jovis filius, *oriens Sol*, luce circumfuſâ illuſtrabat. Ex utroque latere ſpargebant volitantes *Genii* gratiarum et hilaritatis *flores*, læta orientis Solis veſtigia.

Tota repræſentatio, ut figuris referebat Symboli Heroici ſimplex Corpus, quod Auguſtæ olìm in Ejus adventu dicaverat Numiſma (pleniùs in ſerie Numiſmatica præced. explicatum;) Ita, pro fauſtiſſimo votorum illius temporis complementô, eadem Inſcriptio Symbolica in globi Zona legenda, paulùm mutabatur.

REDDIDIT DIEM.

Tympani in ipſo Palatio frons ultra figurarum complexum prominens, deſcendentibus gradibus ſuſtinuit deaurata flammea Vaſa.

Summa temporarii ædificii, quod medium ſive corpus Regiæ Solaris abſolvit, quatuor parvis ſtatuîs coronabantur, eorum ſcilicet IV. puerorum, qui in numiſmate Domitiani ferunt attributa, *IV.* ab *anni temporibus* Solis beneficio debita. In Plintho Inſcriptio Numiſmatica:

FELICITAS TEMPORVM.

Ornabant hanc ædificii partem deauratæ, variis modis diſpoſitæ, et lampadibus cumulatis lucentes Prothyrides, quæ nihil in Palatio impediebant feneſtras; verum eas candelabris brachiatis penſilibus ſplendentes magis illuſtrabant.

In Contignationis infimæ ſcapho medio *aquila biceps*, gerens ſolum *gladium*, [quem in Solennibus Cæſari præfert Supremus Aulæ Mareſchallus,) binis roſtris populo propinabat rubrum et candidum vinum. Ejus ſupremum ornatum Architectonicum replebat Dedicatio:

AVSTRIACAE GLORIAE,
EOO LVMINI,
POPVLORVM GAVDIO,
INTER ORBIS PLAVSVS
FESTIVOS IGNES
IN EJVS NATALI
DEDICAT
LAETITIA PVBLICA;

Regiam ex utroque latere finiebant duæ turres concameratis faſtigiis ſublimes (Gallis dictæ *Pavillons.*) Eorum ornamenta, ut per Novi Solis imaginem utrumque et belli et pa-

:pacis tempus deſignarent:ferebat prioris turris apex *Statuam Apollinis* radiati, arcu armati, et victum calcantis ſerpen- :mPythium; inferiores Stylobatas onerabant arma trophæa- ue. In Zophoro Verſus Claudiani:

POSTQVAM LAVRIGEROS ALVERVNT CASTRA TRIVMPHOS.

In ſecundæ turris pari apice idem *Apollo*, diverſo fun- ebatur officio, (quippe ſecundum Poëtarum fictiones qui *tharam nervis, nervis qui temperat arcum*,) atque hic *Ly- am*, Symbolum pacis artium, gerebat. In ſtylobatis, armo- um loco, eminebant artium et ſcientiarum inſtrumenta. ophori altera Inſcriptio primam continuat ex Virgilio:

- - - - OPTATE COLONI PERPETVAM PACEM PACIFI- CVMQVE DVCEM!

Superſunt, ut confuſa cumulatio evitetur, duo tan- um ſuper portas capacia ornatûs loca, Heróicis Symbolis decorata; quorum corpus conſtituit Aſtrum, cujus eſt Re- gia. In primo Sol Auſtralem Zodiaci Eclipticam ingreſſus, um Lemmate:

NVMEROSI TEMPORIS AVTOR.

In ſecundo Vernus Sol radiis nivem lambens et her- bas proferens, cum Lemmate:

NOVAM FACIEM DEDIT ORBI.

Architecturæ ſimplicis et nihil Scenici præ ſe ferentis curam habuit S. Cæſ. Maj. Primus Architectus Dn. Johann. Bernh. Fiſcher ab Erlachen.

*

* *

Additur variati ejuſdem Thematis inſecta Scenographia.

Palatium ob habitatoris munus et ipſum in foro ſitum induit faciem FORI ROMANI, quod dicundo Juri deſtinabatur, quale in numis Trajani.

Molem hanc ornatura ſigna Symbolaque boni augurii cauſa ominantur pacem, legibus magis faventem, atque ſecuriorem aliquando ſub hoc Principe; quippe a Magni Patris tot hoſtium provocationibus exercita virtute aſſertam. Neque illa, ut par eſt, minùs extollunt ſervatorum civium gloriam, quàm cruentas laureas Majorum, quorum et æternum genus et egregia facinora de cœlo demiſſus puer eſt continuaturus. Propterea ſupremam ſtructuræ Frontem circumdat, ſuis intùs pellucidis coloribus extra lampadum circulis micans, *Arcus cœleſtis*; ut datum humano generi pacis ſignum. Huic inſidet Junonis Auguſtæ Nuncia, lites interdicens *Iris*, habitu verſicolori &, prout eam pingit Virgilius, croceis alis. Arcus medium occupant pellucidæ nubes. In quibus requieſcens auctor ætatis aureæ *Saturnus*, capite velato innititur Orbis globo, oſtenditque illi venturam poſt Carolinas victorias eam, quæ Italiam olìm ſolam beaverat, perpetuæ pacis felicitatem, dextrâ verſus Iridem attollendo *aureum* ſerpentis in circulum coacti *Annulum*, teſſeram novi ſæculorum ordinis. Extremas in ſummo ædificii Tympano trabes, nubibus haud involutas, terminant utrinque jacentes duæ ſtatuæ. Refert una ſæculum aureum cujus caput umbellâ aureâ cingitur, cujusque manum occupat caput Jani bifrontis, edocti pacis artes ſub Magiſtro Saturno; jacent ad pedes infracta vomerum, palorum, armorumque fruſta in documentum quietis, nec laboribus nec armis turbandæ.

Alter

Altera refert tranquillam SECURITATEM, caput brachio, ut in numis, fulcientem, pedibusque curarum Harpyas opprimentem. Explicantur hæc Lemmate Virgiliano:

REDEVNT SATVRNIA REGNA.

Intertignii ſpatium occupat decoratum Pileo Archiducali & Aurei Velleris torque Monogramma Principis Juventutis, cui de felici & tot votis expetito adventu gratulatur medio zophoro fulgens Claudiani verſus:

SALVE MAGNORVM SOBOLES REGVM PARITVRAQVE REGES!

Iſtorum Magnorum Regum, quotquot Hapsburgica Sereniſſima familia inter Imperatores Romanos numerat, ſeries ita novæ ſoboli in exemplum proponitur, ut in reliquo ædificio eorum per XVI. ſtylobatas diſpoſitæ Imagines Arcus tres majores & columnas exornent. Placuit, Claudiani variis Locutionibus continuare titulos; nec non actione, ad inſtitutum quidem accommodata, ſed ſtatuis congrua, his ſignis novam faciem induere, ut pacem ſuadentia, futuraque prædicentia ſiſterentur.

In 1. RVD. I. priſcam Caſſidem Hapsburgicam coronat Cæſaris Laurea:

HANC FAS IMPERII FRAENA TENERE DOMVM.

In 2. ALB. I. gerit in majoris moduli Numiſmate Imaginem Patris:

- - - TERRAE DOMINOS PELAGIQVE FVTVROS
IMMENSO DECVIT RERVM DE PRINCIPE NASCI.

In 3, FRID. III. digito monſtrat eam, quæ Archiducem brachio fert ſtatuam, ſuo loco nominandam:

\- - - - - TIBI FATIS DEBETVR QVODCVNQVE MANVS EVASIT AVITAS.

In 4. ALB. II. Imperatorium novum Diadema Teſſeræ gentilitiæ Auſtriacæ Heraldico more imponit:

\- - - COGNATOS FIXVS IN OMNES PROCEDET HONOS.

In 5. FRID. IV, Pacificus nomine & omine Imperator, pro laurea coronam Oleagineam monſtrat, & Nepoti commendat:

NON MINOR ISTA TVAE LAVREA PACIS ERIT.

In 6. MAXIMILIANVS I. antiquis Imperatoribus tributum Lituum Auguralem tollit, quaſi futurorum in Oriente & Occidente limitum auguria captans:

JAM VIDEO FAMVLIS GANGEM PALLESCERE RIPIS,

In 7. CAR. V. Herculeis, quas ſupergreſſus eſt, columnis adnixus & vaticinationem complens, Nepotem jubet patriæ memorem eſſe:

\- - - HESPERIO DE LIMITE SVRGIT ORIGO!
SED NVTRIX AVRORA TIBI.

In 8. FERD. I. ſuorum fratriſque regnorum ſceptra, Hiſpanicum cum Hungarico, Bohemicoque jungenda intuetur & miratur.

\- - - TIBI CREDITA FRATRVM VTRAQVE MAJESTAS.

In 9. MAXIMIL. II. gladium palmeis oleagineisque frondibus redimitum tenet:

NEC

NEC TE LAVRIGERAS PVDEAT, VENERANDE, SECVRES PACATA GESTARE MANV.

In 10. RVD. II. indicat jacens ad pedem ſuum ab Auguſto commodatum pacis felicitatisque ſignum, & Nepoti eadem optat Regna Saturnia:

TRABEAM BELLONA GERAT!

In 11. MATTHIAS, cum exceptione rerum ſtatûs, non deſiſtit nectendâ ex flexo Lauri ramo coronâ triumphali:

ARDVA PRIVATOS NESCIT FORTVNA PENATES.

In 12. FERDIN. II. Novus Auſtriacorum Imperatorum & Regum ſator, ſceptro ſuo tranſfixas & unitas tenet Romanam, aliasque regias coronas:

IVRE REGVM GENITOR RECTORQVE VOCABOR.

In 13. IMP. FERD. III. Hieroglyphicam ſuam in numiſmatibus, Pietatis & juſtitiæ, notam, libram, cujus examen crux eſt, gerit. Easque, ut Regnorum firmamenta, virtutes commendat:

HAS TV, ROMANE, MEMENTO.

In 14. FERD. IV. Cæſar Romanâ tantum Coronâ inſignis, cujus ſceptrum â procumbente humi tempore involatur:

- - - ILLE MEAE SVPERABIT TEMPORA VITAE. Ovid.

In 15. IMP. LEOPOLDVS. Suum numiſmaticum cõſilii & induſtriæ Oculatum Sceptrum monſtrat cum angulari norma, formante initialem Nominis Leopoldini:

NOMEN RERVM MENSVRA TVARVM.

In 16. JOSEPHVS. Super proximam aram, æternitatis circulo notatam, demittit vitalem lampadem, quippe collaterali lineæ traditam:

JAM NOVA ROMVLEI SVMVNT EXORDIA FASCES.

Extra hunc ordinem primario loco, in medio arcu majori exemplorum ſummam in Compendio exhibet Romanæ ſimilis *ſtatua Equeſtris*. S. Cæſar. Majeſtatis, publicam ubique felicitatem fundantis.

Imperator dextra gerit Imperii globum cum aquila, Phœnicis inſtar, ex flammis renaſcente. Cum ſtatua hac Equeſtri unam quaſi marmoris maſſam efficiunt, aliæ pedeſtres duæ comites, filio ob oculos ponentes belli paciſque gloriam, cujus fauſto omine vitales primas auras carpſit. Præcedit, ob Pacis in hoc Themate prærogativam, *Educatrix Minerva*, quæ depōſitâ haſta & ægide Sereniſſimum Alumnum tenentem oleæ ramum brachiis fert. Ad ſiniſtram *Mars gradivus* trophæum geſtat; atque in ſcuto, Anaglypticam fingente cælaturam, ſiſtit Themiſtoclem, cui ſomnum excutit Miltiadis monimentum.

In baſi eſt titulus, ceteros continuans:

- - - NON GENITOR SOMNOS PERMITTIT INERTES.

Ut reliquas ſtatuas deauratas lychni foris illuminant; ita ſola hæc ſignorum congeries fulgore perlucido reſplendet cum dedicata Inſcriptione, cujus lapidem refert Stereobata:

CAES.

CAES. AVG. CAR. VI.
INVICTO FORTI JVSTO FFLICI
OB SERVATAM DIFFICILLIMIS TEM-
PORIBVS REMP.
HOSTES DEVICTOS,
NON ALIO QVAM DIVINO
AVXILIO
PACATAS PROVINCIAS,
ET,
QVAE VOTORVM SVMMA FVIT,
HODIE SVMMI NVMINIS INDVL-
GENTIA
RESTITVTAM AVGVSTAE DOMVS
ET POPVLORVM SPEM,
P. P.

Columnarum, quibus medius Arcus Maximus utrinque includitur, faſtigia ferunt duas *Jani cluſivi Aras*, XI. pedes altitudine ſuperantes, & vivo igne accenſas.

In prima, Thematis priorem partem pacem, oſtendente, Anaglypticæ, quibus decoratur, figuræ, auream ætatem exhibent paſcentibus inter leones, & vim nihil metuentibus ovibus, cum Lemmate Virgiliano:

NON MAGNOS METVVNT.

Dextri in hoc latere minoris arcus circulum formant 2. cubantes ſtatuæ, quæ repræſentant aureæ ætatis ſobolem, 1. *Concordiam*, & 2. *Juſtitiam*.

In ſecunda, Thematis alteram partem, Exempla Majorum, & præcipuè Patris in bello & pace gloriam proponit Symbolum Heroïcum. Siſtens S. Cæſ.ᵉᵃ Maj.ᵗⁱˢ Columnas Herculeas, aliâ & ſignificatione, & figurâ. Nimirum ſub Moſis *nubiferâ* & *igneâ* Columnâ. Quarum una interdiu inter pacis ſerena; altera in bellorum turbida nocte populum ducebat. Titulus eſt:

\- - - PRAECEDVNT TEMPORE VTROQVE.

In hujus partis arcu ſiniſtro accubant iterum 2. ſigna: 1. *Exemplum*, tenens unâ manu Parallelogrammum, alterâ ſpeculum quadratum. 2. *Educatio*, libros pro cubitali habens, & ſurculum inſititium monſtrans. Quæ media majora Intercolumnia explent, ſtatuæ, duplices ſunt, diverſo actu idem *cornu abundans* ſic ſuſtinentes, ut populo ex utroque latere Bacchi, lætitiæ datoris, liquorem effundant.

Ita primum par componunt *Genius Natalitius*, & *Pax*, quibus æquo jure tribuunt antiqui numi cornu copiæ. Infra ex Claudiano:

\- - - NVNQVAM PRAESENTIOR AETHER
AFFVIT OMINIBVS.

2dum par conſtituunt pacis filiæ, *Felicitas*, & *Abundantia*, quarum communis teſſera iterùm eſt cornu Amalthеæ, ex quo vinum profluit. Infra ex Manilio:

PERPETVA JVNGANTVR PACE!

Ædificii princeps locus, Arcus Major, medius, poſt ſtatuam Equeſtrem in receſſu clauſis foribus imitatur Portæ Janilis clauſæ myſterium, atque, ut primis poſtrema cohæreant, quemadmodum initio Iris, Hieroglyphicam Præconis perſonam ſuſtinens, ferias indixit; Ita pro loci hujus,

in quo

in quo Jus dicitur, dignitate, clauſæ valvæ affixam oſtendunt tabulam legis, quæ ſecundum formulam antiquam his feriis publicis jurgia & lites amovet:

DECRETO PVBLICO CAVTVM EST, NE LICEAT LITIBVS POLLVERE HAS FERIAS REPENTINAS, QVIBVS PRO AVSPICATISSIMO INTER LAVROS ET PALMAS NATALI PRINCIPIS JVVENTVTIS, ATQVE PRO AVGVSTI CAR. VI. BELLI ET PACIS TRIVMPHIS DEO IMMORTALI VOTA SOLVVNTVR NVNCVPANTVRQVE. SI QVIS ADVERSVS HANC LEGEM FECERIT, IMPROBE FACTVM. SI QVIS VERO SVPPLICATIONES EPVLAS LVDOS FACERE VOLET, QVOD LAETITIAE CAVSA FIAT, FAS ESTO.

*

* *

Aliud pariter ad Judicia, & quidem Regni Bohemiæ. exſtructum Palatium

Cancellariæ ſic dictæ Bohemicæ, quam inhabitat Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Dominus Leopoldus Joſephus S. R. J. Comes à Schlick, S. Cæſ. & Cath. Maj. à Conſiliis Secretis, Campi Mareſchallus, & Regni Bohemiæ ſupremus Cancellarius.

Variatâ facie deſtinatam juri dicundo *Baſilicam Romanam* repræſentavit, eâ quidem cum cautione, ut temporaria decoramina reliquos ornatus Architectonicos, inter præcipua urbis opera referendos, minime celârint; verùm in præſentem uſum verſos mutârint tantùm, & luminibus ſplendidiores reddiderint, exceptâ ædis inferiori parte; cui porticus Baſilicis propriæ obducebantur. Tuſco ordine ſic obſervatô, ut arcuum patuli receſſus oculis objicerent aquas ſalientes igneas, ipſo ornatu loquaces. Cum fontium & craterum decorationes deſumtæ eſſent ex om-

nis

nis generis proventu, cujus ferax eſt Bohemia: Agrorum fluviorum, camporum, ſylvarum, metallifodinarum, thermarum, vinearum &c. fructibus & deliciis, nova felicitate mactis.

Mutuli omnes arcuatis apertionibus incumbentes tribachio ſcutulo Romanas faces auratas ferebant.

In ambulatione ſubdiali, porticibus ſuperſtructa cancellorum, omnis projectura luminibus fulſit. Quæ verò cancellos ſecabant, ſuſtinebantque ſtylobatæ, majorum tedarum paniculis explebant vacuos in ſecunda contignatione inter feneſtras parietes.

Ipſæ feneſtræ, in æde ad porticum quaſi adſtructa, liberis relictis politiſſimis antipagmentis lapideis, aliam in formam converſæ, referebant *Loculamenta*, in quibus ſolæ ſtatuæ diverſo nitore [ut priſcus Lapis Sphengites, ex quo in Domo Neronis Templum Fortunæ perlucidum] translucebant. Scilicet Bohemiæ, Moraviæ, Sileſiæque fluvii, præ gaudio capita & urnas frondibus ſertisque redimientes. Inter quos Albis & Viadrus barbati, quia ſe in mare exonerant.

At Palatii Menianum deſuper duabus lapideis jacentibus ſtatuis coronatum, infra IV. ſtantibus exornatum, nunc pariter in Tabernaculum transformabatur, quod fulciebant columnæ Doricæ, ſuperpoſitæ inferioris tabulati columnis. In Doricarum columnarum intervallis diſtinctè oculis ſe offerebant IV. abſconditi Meniani ſigna, iisdem lampadibus occultis illuſtrata, quibus columnæ perlucidæ [vitreis Scauri ſimiles] micabant. Eadem novis attributis jam *Proclamatores*, ferias in gaudio publico imperantes, & quatuor ſimul *Regni Status* ſignificabant. Statuarum prima, libro & Infula *Clerum*, ſecunda faſcibus *Senatum*, tertia gladio *ordinem Equeſtrem*, quarta caduceo Mercurij *cives* deſignavit. Omnes laureatas geſſerunt faces Natalitias. In Trabeatione Juſtitium edicebat formula Martialis:

NATA-

NATALEM COLIMVS TACETE LITES.

Pateſcens medium tabernaculum ſiſtebat *Bohemiam* coronatam & paludatam, quæ flexis genibus de cœlo accipit *Regium Principem.* Vtriaque belli paciſque felicitatem prædicunt. *Moravia*, Regni gladium cum Laurea; & *Sileſia*, Sceptrum cum oleaginea corona gerendo. Inſcriptionem iterum commodat Martialis:

DAT POPVLVS, DAT GRATVS EQVES, DAT THVRA SENATVS.

Supra ſtatuas & figuras de laqueari brachiata pendebant candelabra cryſtallina, lychnis reſplendentia.

Ad Tabernaculi cupam*, cujus ornatui lux transmiſſa aureum fulgorem impertiit, de induſtria aptata erant ſumma Meniani ſigna, quæ *Minervæ* & *Bellonæ* habitu altero brachio vera thuribula geſtabant, altero ſuſtinebant *Clypeum Votivum*, quo media ſuprema feneſtra occupabatur, & quadratis litteris majoribus Dedicatio continebatur:

NOVO GENTIS SVAE SIDERI
FAVSTVM NATALEM
ET MVLTA NATALITIA FELICITER
BOJOHEMVM GRATVLABVNDVM!

Hujus ſtructuræ partem conſtituit adhuc in porticu aditus medius primarius, cujus ex utraque parte columnis incluſæ, IV. Tabulæ, duæ minores, duæ majores, ne vacuæ relinquerentur, binis Symbolis Heroicis, & binis Emblematibus, quaſi auro cœlatis, fulgebant. Symbolorum Corpus erat Inſigne Regni Bohemiæ, 1. Catulus Leoninus luſitans cum Diademate:

NAS-

* Termino Petronii, unde cupola recentior denominatio.

2. Idem proſtratas patriis unguibus beſtias intuens:

EXEMPLA TRAHVNT.

Emblematicæ imagines ſiſtunt:

1. *Felicitatem publicam*, genibus provolutam, cui e nubibus *Providentia Divina*, ſceptrum oculatum gerens porrigit *circulum perpetuitatis*, quam ſolam ejus beatitudo deſideraverat:

HABES, QVOD TOTA MENTE PETISTI.

2. *Spem* inſidentem globo Regni Bohemiæ cum flore trifido & anchora. Ita quidem, ut florem in adſtante *Ara Salutis* [cui ſerpens circumvolvitur] ſecura ſervandum deponat. Circumdatur tripudio *Nympharum* & *Sylvanorum*, quaſi *Palilia* celebrantium. Inſcriptio ex Manilio:

ANNVA SOLLICITI CONSVMMENT VOTA!

Jam in reliqua extra temporariam ſtructuram libera & velut apposita Palatii facie, [ne quid decoraminis deficeret, ne quid redundaret,] ſummæ contignationis feneſtras, antipagmentis veris ſatis nitentes, illuminabant in medio ornamenta, Regiis *Coronæ Sceptri Gladiique* inſignibus compoſita, & ferendis facibus Romanis ſic accommodata, ut proſpectum nihil impedirent. Pendentes ex illis corollas virides tollebant aquilæ, *Moravicis* & *Sileſiacis* coloribus inſignitæ, quæ vacuum intermedium parietem extenſis pinnis replentes natalitiis tedis majoribus ſuperbiebant.

Summam Palatii coronam cum tympano, non modo lampadum lineæ terminabant, ſed etiam in ipſo tympani apice



...penſaq; Illustriſſ. & Excell.
...Supr. Cancellarii. etc.

ad pag. 144



Proſpectus Baſillicæ R. Boh. illuminatæ curâ impenſaq. Illustriſſ. et Excell. Dni Leop. Jos. S. R. I. Com. a Schlick R. Boh. Supr. Cancellarii etc.

ad pag. 144

ſpice *Bohemicum Leonem* lapideum, novo lumine coruſcantem, oſtendebant. Deinde poſitas longo ordine in tecti podio *Regum Bohemiæ* ſtatuas, ſtellarum lucidarum ſingularis fulgor ita circumdabat, ut a Poëtis adſignatam Heröibus viam Lacteam occupare; nec aſtrorum minùs auſpicatum influxum innuere, imò urbis ignes ſideribus comparare, viderentur.

In ipſo autem Palatii Tympano diverſo lucis genere intertignii ornatus Numiſmaticus, nec non æneæ quadratæ Tituli literæ tantò ſplendidiùs micabant, quantò ſunt perpetuis auri laminis magnificentiùs obductæ; ut poſteris ſemper hôc & alio ſenſu prædicetur inſcripta imperante Cæſare Carolo VI.

TEMPORVM FELIX REPARATIO.

* * *

In Palatio Ordinis Teutonici,

Quod pro tempore inhabitat Illuſtrisſimus & Excellentiſſimus Dominus Philippus Ludovicus S. R. I. Theſaurarius Hæreditarius & Comes de Sinzendorf, S. Cæſ. & Cath. Majeſtati a Conſiliis & deliberationibus Secretis, Aulæ ſupremus Cancellarius, Eques aurei Velleris &c.

Angulus trivio objectus, & a reliqua ædis Symmetria diſcrepans, tegebatur *Obeliſco*, compitorum præcipuo decore. Ægyptiacarum hoc columnarum genus, in anguſtiorem verticem productum, quia ſolis radium deſignat, pari nunc ſignificatione *novo Soli* dicabatur; imitando non ſolum priſcum ornatum, ſed etiam recentiorem fundamenti, ſignis decorati, magnificentiam. Sedebant infra in rupe, quam cataractæ perlucidæ & lapſu albeſcentes lavant, uterque *Orientis* & *Occidentis Oceanus*. Ille navali

corona

corona redimitus Atlanticos montes capite lacertisque ſuſtinebat. Hic marino equo vectus altera manu Zodiacum navigationibus emenſum, tenebat, alterâ tridentem ſollen monſtrabat in Obeliſci apice *Solem*, qui hunc circulum novo replevit ſplendore. Saxo proximo inſculptus titulus:

ORIENS GLORIAM.

Scilicet de Turcis bellum tunc inferentibus.

Atque, ut ab imo aſcendat deſcriptio, in obeliſci Stylobata ſequens legebatur Inſcriptio:

PRINCIPI NOVO SOLI.
VTRVMQVE OCEANVM
VERNA LVCE REFICIENTI
IMPERIVM SINE FINE
FELIX AVSTRIA.

In ipſo obeliſco, qui ædem altitudine æquabat, & translucentem lapidem Sphengitem mentiebatur, non Ægyptiaci, ſed Romani, faſcium, lupæ, aquilæ, gubernaculi ſphæræ, caſſidis Palladiæ, labari, roſtri, coronarum &c antiqui characteres pariter & novi Herculearum columnarum, Pyxidis nauticæ, Velleris aurei &c. notas effingeban Hieroglyphicas. De ſummo vertice *Sol*, litera L. radians lumen fundebat.

Proximi, non cohærentis, Palatii faciem anguſtioren reddebat Porta. Cujus Epiſtilium, Paraſtatarum loco, ferebant *Hermæ* [non brachiatæ ut communiter, ſed veræ tanquam provinciarum termini, ſiſtentes truncum Mercurii qui Jovis etiam miniſtrum & interpretem ſignificat. Iſtæ quamvis Athenarum januas publicas frequenter exornaverint, nulli tamen ædificio, niſi quod M. Aurelii numiſma oſtendit, adhibitæ conſpiciuntur. (*) Trabeationem, u exter-

(*) Siſtit quidem in Hortis Farneſianis antiquum marmor genus Hermularum priſcis Circorum carceribus adhibitarum.

xterna luce fulgeret, inter alios ornatus, replebant ſcuta icibus armata & diſtincta litteris CL. V., quæ in Auguſti umis Clypeum Votivum indicant. Supremis ſtylobatis ıſiſtebant quatuor *Regnorum Signa* coronata:

1. *Germania* cum Aquila ſimplici.
2. *Hiſpania* innixa Turri Caſtiliæ.
3. *Hungaria* bis immiſſam crucem gerens.
4. *Bohemia* Leonem ad pedes habens.

n ſecunda contignatione ingens tabula decorationis me- iium & præcipuum locum occupans, quaſi anaglypticâ ælaturâ repræſentat *Auſtriam*, ſacra facientium habitu ve- ıtam, & antiquo vota ſuſcipientium ritu manus elevantem rope aram, quæ *faſcia Auſtriaca* diſtinguitur, & impoſi- o thuribulo fumat. Inſcriptus aræ baſi titulus expreſſus lenotat ejus & ceterorum Regnorum

VOTA COMMVNIA.

Deſinens in tertia contignatione medium faſtigium laudebant ſedentia utrinque 2. *Majeſtatis*, & *Æternitatis* igna. Illa, præter ordinaria attributa, tenebat Imperii ntiquum Inſigne, lauream; Hæc ſuis nota characteribus, ymbolicam cælaturam ovatam; in qua *ſedens Archidux am adnititur ad complectendum Parazonium*. Lemma Virgi- ius ſuppeditat:

PATRIVM SERVABIT HONOREM.

Sub illis vacuum fundum occupabat Symbolum Herôi- cum: *Sol oriens*, ſecundum Poëtarum traditio- nem, flammas *Phoenici* [qui aquilæ Romanæ globo inſi- dentis ſpeciem præ ſe fert] ſubditas accendens & renovans. Lemma:

SPLENDOREM PROFERT ET AEVVM.

Cetera luminum muta decoramina oculis, quâm narra- tione percurrere, magis juvat.

* * *

Variata, ſed ficta idem Palatium illuminandi Idea.

Et quidem ſimplici frondium, ignibus nitentium, ornatu, tantô amœniori, quantò feſtiviùs hortorum cultum æmulatur; & quantò propiùs accedit ad antiquam Natalium celebrationem, in quibus *velabantur alta palatia ſertis.* Ovid.

Surgunt ex imo proceræ arbores, flexibus multifor-mes, domumque geſtationis inſtar ambiunt. At lucem quam alterni in feneſtris lampadum circuli ſpargunt, vireſcentes. vacua tantùm inferioris contignationis veſtiunt.

Infra pro podio ſunt arbuſta, quorum tonſæ gradationes, flammis floridæ & gemmeæ, non omnino arborum truncos operiunt.

In ſecunda contignatione naturam ars magìs juvat Micant pariter omnia virentque auro, flammis refulgente & frondibus, vario curvamine murum velantibus. Ita tamen, ut non ſolùm non muta ſit iſta ſimplex decoratio, ſed etiam ſignificatione auguſtiſſima complectatur ſummam honorum, quam boni Principes, Trajani exemplo, nullo ſatis meritam beneficio verebantur; mali inter primos titulos ambitu uſurpabant. Nimirùm Encarpis ſertisque intermiſcendo pendentes *coronas querneas*, iiſque repræſentando *civicam* illam, quam Auguſtus ſibi in pomparum ſolemniſſima cum Patris patriæ titulo oblatam ſupra omnia habuit decora.

Proinde, illa Sacræ Cæſ. Majeſtati & cum Auguſto ob Jani cluſi beneficium; & ſupra Auguſtum, [maſculo herede deſtitutum] ob veri patris nomen deberi apertiùs ut innuatur; hujus contignationis feneſtras illuminant poſiti infra podium deaurati clypei, lampadum volutis ornati; quorum mediam faſciam Auſtriacam, Augu

ſt

ti Caroli VI. Monogrammate plenam circumdat corona civica ſculptilis. Geſtant ubique clypei antiquas IV. aces natalitias feneſtris oppoſitas. Illis annectuntur flexæ ramorum corollæ, quas parietem pererrantes copulant, & coronis querneis excipiunt intermediæ Antæ; lychnis ulgentes.

Par fere contignationis ſupremæ facies, modis tantum variata.

Jam, ut efficaciùs, quam ventoſâ Symbolorum ineptorum & male cohærentium loquacitate, brevis fiat dedicatio.

Formant portæ Prothyridem ſtatuæ ſedentes duæ. Ex una parte 1. *Auguſta Cæſarum ſtirps*, capite diadema Imperatorium; manu caſſidem Habspurgicam gentilitiam gerens. Ex altera parte; 2. *Auſtria*, Archiducali corona inſignis; inſidensque Sphæræ, quam *teſſeræ provinciarum* notant. Ab his fulgens in medio Auguſtum *Imp.* Caroli *VI. Monogramma* ſerto *quercico* coronatur. Sermonem habet unicus Ovidii verſus Auſtriæ [ad quam maxima ex hac celebritate veniunt emolumenta] publicis verbis;

SANCTE PATER PATRIAE, TIBI STIRPS; TIBI CVRIA NOMEN

HOC DEDIT.

* * *

Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini Philippi S. R. I. Comitis de Dietrichſtein, S. Cæſ. & Cath. Maj. a Conſiliis Secretis & Supremi Stabuli Magiſtri, Equitis aurei Velleris &c. Viri æternâ memoria, & vitâ longiore digniſſimi

Palatium.

Ut ejus longam faciem tria Meniana interſecant, ſic tribus potiſſimum Decorationibus erat diviſum; Maximâ mediâ, & duabus minoribus. In ceteris feneſtris ceratæ faces conſvetudinem Viennenſem ſervabant. In medio igitur ædium ſuperincidebant nubes luminibus tàm externis, quàm translucentibus ſerenæ; ac vento quaſi agitatæ, nunc denſæ, nunc raræ, vehebant *Venerem Cœleſtem* Sic alia prorſus Allegorica imago, quam quæ in Palatio Schwarzenbergico ſiſtebat Auroram, Solis Orientis genetricē iterùm Auguſtæ Symbolum Heroicum explicavit. Hîc enim *ſtella Veneris* infixa diademati, duplicique lucis motu & rutilans, & radians, deſignabat ſenſu non ſolum Aſtronomico, *perpetuam ſui Solis comitem*, ſed etiam Poëtico, *deliciarum humani generis matrem.* Sedebat in Thenſa, quam *gratiarum genii* circumvolitabant, ferentes, non quidem unius Deæ, ſed quæ hujus ſunt Auguſtæ, cumulata Inſignia Pro formæ dignitate, *Paridis pomum*, pro Majeſtate, *Junonis ſceptrum*, pro Sapientia, *Minervæ Caſſidem.* * Geniorum alius occupabatur Thenſæ jungendo juxta illum, qui jam aderat, & Junonis Majeſtatem deſignabat, pavonem *altero bijugo pavone*, fœcunditatem Auguſtam innuente; quippe quâ ſolum Juno præcedere olìm viſa fuit.

* Iſta cogitatio in Numiſmate Coronationis Hungaricæ variatur.

fuit. Illâ verò felicitate pariter conceſſâ, jam voto nihil ſupereſſe, aſſerebat inſcriptus Thenſæ verſus Ovidii :

VIX VLTRA QVO JAM PROGREDIATVR HABET.

Veneris Cœleſtis is erat poſitus, ut filium, *orbis amorem*, gremio exceptum, oſtenderet *Europæ*. Quæ ob principatum, quo ceteris orbis partibus præeſt, habitu regio ſtans, alterum brachium tollebat, publicæ felicitatis pignus prædicans, alterum fulciebat *equo albo*; cùm ſuâ, tùm Auguſtæ Luneburgica teſſerâ, quaque ſimul innuebatur officium Domini, cujus eſt palatium, tantæ celebritatis particeps. Adjacens infra in prima regione *urbs Vindobona*, ſuo ſcuto & capite turrito noſcenda, incumbebat majori urnæ Danubii, cujus undis ex minori urna, quam læva tenebat, profluus Viennæ amnis miſcebatur. Erectum ad Deam vultum urbs collens, inſcriptum urnæ Virgilii verſum pronunciabat:

GENETRIX PVLCHERRIMA TALEM PROMISIT.

Suis hæc ſingula coloribus nitebant, quippe poſita extra Ornatum Architectonicum.

Reliqua vero decoramina accedebant ad ſimilitudinem ornamentorum Palatio magnifico propriorum.

In portæ minoris dextræ podio ſedebant duo ſigna inaurata, *Orientis præcipuas* 2. *undas* referentia.

1. *Danubius*, quem in urnæ adjacente *ſcuto Auſtriaco*, rubentibus ſecatum litoribus, vera imago Heraldica demonſtrat. Scuto, ob ſingularem gaudii partem, *lætitiæ publicæ* eſt *corona* injecta. 2. *Mare Moluccas Inſulas interluens*, tridente armatum; tenensque dextrâ *circulum*, cum impoſita noſtræ ætatis navi, quæ novam orbis circuitionem notat; lævâ *quinque unionum lineam*, ob quinque margaritis comparatas, & margaritarum feraces Inſulas Moluccas. Caput inſignitum quinque roſtris compoſitâ coronâ navali.

Hæc ſigna, Telamonum inſtar, erigebant ingentem ov
tam tabulam, cujus marginem volutæ facibus diſtinctæ
apicem verò *aquilæ utriusque Imperii* ornabant. Tabul
Allegorica imago erat, *Amor*, Veneris filius, in Orbis, c
imperat, ſegmento ſtans, cum Lemmate Virg.

FATA SEDEM LOCVMQVE DEDERE.

In portæ ſiniſtræ podio hærebant *Occidentis* 2. *celebres flu vii.* 1. Aurifer *Tagus*, urnam turri Caſtiliæ, quam pe meat, ſignans. 2. Argenteus Americæ fluvius, *Rio di pla ta*, qui plumis criſtatus cinctusque, argenti non ſignati ma ſæ innixus Americano gubernaculo dignoſcebatur.

Illi parem tabulam pari poſitu elevabant. In apic tantum aquilæ *leonibus Heſperiæ ultimæ*, mutabantu Repræſentabatur iterum *Amor*, alis cœlum tenens, ſagit terram petens, & ſuam ubique virtutem oſtendens. Lem ma pariter Virgilius:

IMPERIVM TERRIS ANIMOS AEQVABIT OLYMPO.

Mediæ majoris Portæ arcuatæ, quæ inter urbis præcipua eſt, Ornatum Architectonicum, augebant lampadum diſpo ſitiones; inprimis tedarum Paniculi, qui lateralibus co lumnis geſtata quatuor Vaſa, aditumque ſplendore diſtin guebant. Arcui ſuperpoſitum Menianum cereis interiori bus aperiebat proſpectum Veſtibuli, quod tubarum tym panorumque clangore perſonabat. Podio conveniens, fa cibusque lucens ſcutum, continebat Dedicationem:

ELISABETHAE
SAPIENTIA, FORMA, MAJESTATE
AVGVSTISSIMAE,
QVOD, DEO IMMORTALI
RELIQVA VOTORVM RATA
HABENTE,
EVROPAE AMOREM,
GENTI GLORIAM,
PEPERIT,
POS. HILARITAS PVBL.

Fect

Tecti faſtigium lampadibus & ſtatuis, ardentes geſtantibus faces, perfulgebat.

* * *

Palatii, quod Conſilio Hiſpanico dicatur, faciem ſuo decoram ornatu Architectonico, non tam immutabant, quàm illuſtrabant, lampadum funaliumque Ordines.

Porta tantummodo Thyromatis novum genus ſimulabat. In quo, [ne longus ſim recenſendis iis, quæ visû, quàm relatû ſunt jucundiora] locus relinquebatur Allegoricæ imagini, quam congeries trium figurarum compoſuit; 1. *Genii Natalis*, non alati, [qui Hymenæum ſignificat], ſed ſeminudi, pateram manu, brachio Leopoldum Aſturiæ Principem ferentis; 2. *Hiſpaniæ*, ad dextram in Numiſmate proponentis frontes *Leopoldi & Caroli VI.* Imperatorum jugatas; 3. Ad ſiniſtram *Hiſtoriæ*, in ſuo, inter vulgaria attributa, volumine docentis verſum:

SAEPE TIBI PATER EST, SAEPE LEGENDVS AVVS

Inter trophæorum decoramina adſtantes Hieroglyphicæ 2 ſtatuæ, altera columnam ferens, altera columnæ innixa ſine lemmate & *Columnas Herculeas*, & S. Cæſ. Catholicæque Majeſtatis *Symbolum*, dicebant. Pro faſtigii apice erat ſub Corona Regia Hiſpanica *Globus Hiſpanicus*, non Regni teſſerâ, ſed ſolo Zodiaco notatus. Quia hujus regni limitibus ſol non occidit. In *Ecclíptica Auſtrali redux Sol vernus* Symbolum Heroicum efficiebat per Lemma Zonæ inſcriptum:

LVMEN AB AVSTRO,

* * *

Fiċta alia ejuſdem Palatii Decoratio.

Ut non ſolum amplior ſtructura temporaria facien conveſtiat; ſed Optica etiam Ars, bis variatam, oculis longinquo objiciat, & duplici aditu anguſtiorem reddat Ipſo Palatio in duarum platearum divortio, inde aliter pe duas ſub libero cœlo poſitas *columnas Coloſſicas*, hinc alite per apertum *Arcum triumphalem* pateſcente. Sunt ita que repræſentationis partes tres. 1. *Ædes*, 2. *Columnæ* 3. *Arcus*.

Omnes ſignificationes uniens Thema eſt: Hiſpanicarum Cæſaris Provinciarum de nato Principe Aſturiæ & Duce Burgundiæ gaudium, eâ inprimis ſe divinatione prodens, quam ſuggerebat ſolemniſſime puero collati Aurei Velleris Omen propediem procacium Turcarum clade firmandum. Vix enim inſtituti ordinis myſticam ſignificationem conſtans mox traditio vulgavit; fore, ut ejus flammas in pectore gerens ſit vindicaturus injurias, quas Turcæ inſtitutoris patri in Colchide [aurei Velleris fabulis celebri] intulerant. Quod non potuiſſe ab ullo Burgundiæ Ducum, quàm noſtro hoc tempore, feliciûs præſtari, numiſma Turcicas inducias ſignans pag. . . , ipſo eventu probavit.

Itaque I. in obducto ædibus pegmate, externis ignibus ardente, quædam loca feneſtris oppoſita in regione inferiori aperiunt proſpectum patentis Xyſti, in media vero ſuper portam feneſtra, Menianum cornicinibus & tibicinibus deſtinatum. Quædam ad novæ ſtructuræ Symmetriam accommodata pellucido fulgore Symbolicam cælaturam auratam fingunt. Earum ſunt VII, ſtatuis quandoque ſtipatæ.

1. Media maxima exhibet juſta ſtatura *S. Cæſaream & Catholicam Majeſtatem*, Ordinis Burgundici habitu purpuratam, torquataque, & alio torque donaturam filium, qui

qui in pulvinari, ſupra cumulata hoſtium ſpolia quieſcit. Adſtat miniſtrans *Virtus Heroica*, ſuo noſcenda *Leone*, qui etiam Hiſpanicus eſt, futuramque Ordinis togam læva gerit; dextrâ ſuas in pectore Symbolicas *flammas* indicat; atque ut Auguſtus avorum vindex non modo earum omen in Turcis firmet; ſed filium etiam iisdem accendat, precatur Virgilianis infra poſitis verbis:

OCCVLTVM INSPIRES IGNEM!

Minorum tabularum dextra proponit Archiduci Patris exemplum ſub perſona novi *Gideonis*, gerentis pro Chriſtiani orbis emolumento BELLVM [quod pro teſſera ejus ſcuto eſt inſcriptum] DOMINI. Et quidem auſpicatiſſimi ominis auguria captantem ex *vellere*, quod propitium cœlum rore fœcundo rigavit, refecitque. Lemma in Vellere:

RIGAVIT AVSTER.

Siniſtra tabula repræſentat *Hiſpanicas*, quarum Inſignia deinde exhibentur, *Provincias* ſupplices orantesque ad Altare, in quo ardentis *crucis Burgundicæ flammas Genius face natali accendit.* Intra titulus:

PHRYXEI VELLERIS ARDOR. Virg.

Ipſam allegoricæ imaginis inſcriptionem ſupra commodat Ovidius:

RATA SINT SVA VOTA, PRECANTVR.

VI. Suis locis diſpoſitæ ſtatuæ ſunt:

1. *Colchis* provincia, habitu, quem ſecat *crux decuſſata* Burgundica, in memoriam ſui Apoſtoli & Ordinis Patroni Andreæ, atque in ſpem poſtliminiò reſtituendæ aliquando Religionis Chriſtianæ. Dextra tenet *Vellus* ſuum cum *Phaſiano*, quo frequentatur ejus amnis, Phaſidis, oſtium, quique ob hujus rei memoriam in epulis Equitum Purpuratorum publicis ferculum primarium eſt. Læva oſtendit

compedes, cùm Joannis Burgundici, tùm ſuas, quibus liberari cupit.

2. *Helleſpontus*, Locus vindictæ, obtruſo habitu Saracenico, antiquos captivos Parthos imitante, dextra fert *binas turriculas*, imaginem clauſtrorum, quibus Dardanellorum nomine, fauces ſuas obſideri, queritur. Altero brachio quod gerit ſcutum, inſculptam indicat *Helles & Phryxi* fabulam, ſe pariterque Ordinis Vellus nobilitantem.

3. *Omen*, auguralem caveam pullariam portans.

4. *Spes* cum attributis ſuis ordinariis.

5. *Bonus eventus* cum numiſmatico ſpicæ & pateræ charactere.

6. *Admiratio*, brachiis extenſis, & vultu animi motum exprimente.

Quatuor Provinciarum teſſeras Lemmata Symbolicas reddunt.

1. *Regnum Neapolitanum*, ſub Corona Regiâ ſiſtunt, loco teſſeræ novæ Andegavenſis, antiquæ *Syrenes Neapolitanæ*; jungentes ſua *Normanniæ & Sueviæ labara*, pari habitu, quo in numis Juliani eædem exhibent vota publica. Earum altera fiſtulam inflans *Neapolim*, altera Cithariſtria *Siciliam*, vetuſta imagine, ſignificat, cum numiſmatica inſcriptione:

SPES LIBERTATIS. Infra: VOTA PVBLICA.

2. *Regnum Sardiniæ* denotat ſolita *Crux* rubra, cujus IV. angulos trophæi inſtar ornant IV. Saracenorum capita. Inſcriptio pariter eſt numiſmatica:

HOC SIGNO.

3. *Ducatum Mediolanenſem* in cœruleo ſcuto deſignat ejus *coluber* ſine infante, qui ſenſu naturali, vitam non amittens, niſi in capite; ſenſu morali, ſupremo capite ſalvo ſalvus, fit corpus Symboli Heroici per Lemma:

4. *Burgundiam*, pro thematis connexione, innuit *ordinis Vellus*, ſuâ *radians flamma Siderea*; cui verum non corporeæ, ſed, in prima tabula allegorica deſcriptæ, nunc renaſcentis flammæ ſenſum dat Symboli Heroici Lemmate Ovidius:

VIVAM INTELLIGE. ſcil. flammam.

II. Coloſſicis duabus in primo aditu poſitis Columnis, præter Hieroglyphicam Hercul earumq; Carolinarum ſignificationem, moralem aliam *Orientis* & *Occidentis* dant, culminibus impoſitæ Aquilæ Romanæ, altera Orientem, altera Occidentem ſpectans.

Ipſæ Dorici ordinis columnæ ſunt ſtriatæ ea ratione, ut umbroſis ſtriis, ſive ſulcis, intermixtæ pellucidæ, imitentur radios *Solis*, quo fulgent, [loco mediæ Roſæ] utraque Columnarum Capitula. Dextrum ſignat Titulus Ovidianus in abaco.

SERENAT.
EOAS PARTES HESPERIASQVE SIMVL.

Siniſtrum pariter:

ROMANVM FVLGET VTRVMQVE LATVS.

III. Alterum aditum tribus portis, media arcuata, & duabus minoribus, aperit in platea [dicta Wallerſtraſſen] utriusque lateris domos jungens *Arcus Triumphalis*, qui eſt compoſiti ordinis.

Cujus, [ut a ſummo incipiam] frontem faſtigii terminat *Gloria*, ſua, quam tenet, noſcenda Pyramide, & oſtendens *famæ tubam*, in qua *circulus æternitatis* Auguſtæ trajectus pendet. In Acroſterio Lemma:

VNVM PRAE CVNCTIS LAETA LOQVATVR OPVS.
Mart.

In frontis tympano ſub corona Imp. duæ ſtellatæ *immortalitatis coronæ* duplex X junctæ formant.

In

In alterius lateris eodem loco ſub Corona Archiducali *Crux Burgundica cum enaſcentibus* infra ramis duplex L. fingit. In Zophoro.

O DESIDERIVM POPVLIQVE PATRVMQVE!

Quæ Stylobatis quatuor feruntur, ſigna, ſunt IV. *orbis partes*, attributis ad Hiſpaniam & hanc lætitiam aptatis.

1. *Europa* Reginæ cultu. Pro pedibus artium ſcientiarumque inſtrumenta & arma, quibus ceteris partibus prævalet, dextra offert quaſi *Coronam*, *Caſtiliana turri inſignem*, ut ſitu & dignitate primam.

2. *Aſia* Cidari coronata, Thuribulo fumante Thus, quo abundat, libat. Infra *Indiæ Orientalis mercimonia.*

3. *Africa.* Æthiopis forma in vinculis [propter Servitutem venalem & Mauros ejectos], *palmam*, cujus ferax eſt, lætitiæ ſignum, præbet.

4. *America* habitu ſuo plumato ſiniſtra *Pyxidem nauticam* gerens, cujus ope Hiſpania veteribus noſtris ignoratum tantum terrarum tractum detexit; Dextrâ donum natalitium, *auri theſauros*.

Super portas duas minores duæ in prima, duæ in ſecunda facie tabulæ, IV. exigunt Symbolicas imagines.

1. *Princeps Aſturiæ in Cunis*, quas floribus cumulat *Vitumnus*, Serpente, quo brachium circumvolvitur, puero vitam & ſanitatem præſagiens:

HEV QVANTVM FATI PARVA TABELLA VEHIT. Ovid.

2. *Romulus infans* in brachio patris *Martis*:

ANIMOS PATER AGNITVS AVGET. Ovid.

3. *Virtus* in anguſtæ *viæ Herculeæ* vertice poſitas *columnas Carolinas* monſtrans:

QVA DVCIT VIA DIRIGE GRESSVS. Virg.

Omnia Monochromatibus varium marmor & aurum men-

mentiuntur præter trophæorum vexilla & virentia hilaritatis ſerta, quæ, inſtar arceſſiti & additi ornatus, ſuis locis inter ardentes tedas inſeruntur.

In primæ frontis tabula Inſcriptio:

IMP. CÆS. AVG. CAROLO VI.
VICTORI, PACATORI, RESTITVTORI
FORTISSIMO FELICISSIMO
QVOD POSITIS IN ORIENTE ET OCCIDENTE
TROPAEIS SIBI GLORIAM
PACATIS PROLATISQVE FINIBVS
SVIS FELICITATEM
ASSERTA ROMANA MAJESTATE
IMPERIO SPLENDOREM
SVCCESSORE POSTERIS SECVRITATEM
ADQVISIVIT
CONSILIVM HISP.
GRATANS OVANSQVE POS.

* * *

Læta flammæ Burgundicæ, cum in Natali, cùm in Bello Turcico, omina continuabant variatâ Allegoriâ

Domini Deputati Flandriæ.

In ædis aditu *Flandria* ſuo *Leone* noſcenda *armis*, ob perpetua bella, inſidebat, *faſciamque Principis purpuream* hilari vultu reſpiciebat. In ipſa faſcia litteris aureis titulus:

Inter Stereobatæ decoramina pro Symbolo erat antiqua Burgundiæ teſſera *Igniarii ex Pyrita ſcintillas elicientis*; cum Lemmate Tibulli:

VIGET TROICVS IGNIS. ſcilicet ſupra explicatus ex fabula Colchidis, quam cum Aſia minori Trojanum Priami Regnum complectebatur.

Si quæ Chronographicis luſibus danda eſt venia, illam meretur, quod faſtis notat Natalis annum; verbum unicum:

DILVCVLVM.

Quod per exorientem transverſa in media platea lucem cum hac Epigraphe iidem Dmni. Deputati repræſentârunt.

* * *

Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Comitis Caroli Erneſti Domini de Rappach,

S. Cæſ. & Cath. Majeſt. Generalis Rei tormentariæ campeſtri & Urbanæ Præfecti &c.

Domus, quia poſt vallum latens plateam non reſpicit; Ejus loco valli murus cum porta tegebatur *Templi* antiqui facie. Cujus forma rotunda *Veſtæ*, ſive *Cybeli*, & ſub ejus imagine Allegorica, Auguſtæ Deûm terreſtrium Matri dicata erat; Omnis autem, quo decorabatur, ornatus reſpiciebat Solemnia *Hilarium*, quæ in honorem Veſtæ eodem celebrabantur tempore, quod nobis poſteriſque lætiſſimum Ver reduxit.

Infra

Infra itaque in Periſtylii Jonici intercolumniis ſtabant IV. ſigna, *Veſtales*, quæ faculas æterno ſuo igne flagrantes portabant. Ex Jonicis Volutis projecta brachia faces etiam ferebant. In frontis apice ipſa *Veſta* ſedens & in proximo altari *Ignem æternum* [perpetuitatis Auguſtæ Symbolum] alens unam quaſi marmoris maſſam efficiebat cum adſtante *Flora*, frugiferam matrem floribus redimente. Ad utrumque frontis latus cubabant 2. *Veſtalium* ſtatuæ; &, paribus faculis inſtructæ, cum quatuor inferioribus ſenarium numerum, quem Veſtalibus dat Suetonius, explebant. In Veſtæ ara legitur:

EVENIVNT OPTATA DEAE.

In frontis tympano Symbolum Heroicum prædicat Auguſtæ in ætatis & formæ flore fœcunditatem, per *arborem* in vaſi *cum floribus ſimul poma aurea ferentem*; Lemma:

ACCESSIT FERTILITATIS HONOR;

In Zophoro votum:

NATALIS MVLTOS VENERANDE PER ANNOS
CANDIDIOR SEMPER CANDIDIORQVE REDI!

Si in deſcriptione Germanica quædam diſcrepant ab hac poſteriori, notandum eſt, quod in illa typis ante operis executionem ob moræ periculum excuſa non potuerint mutari ea, quæ ſecundæ curæ mutârunt in ipſo opere.

Symbola quædam Allegorica, Numiſmatica, & Heroica, ſeparata, nullique cohærentia ſtructuræ, ſed incluſa Scutis (cartouches) *ligneis majoribus, quos varius cerearum facium, ſertorum, lampadum, frondium &c. ornatus pro re nata, decora-*

coravit; ne omnino muti eſſent funalium, inter quos poſiti erant, ordines.

In Officina Monetaria

Moneta, ad machinam feriundis numiſmatibus deſtinatam cum ſuo in antiquis numis ſigno, libra, ſedens adſtanti *Tempori* & tenenti nexam catena *ſeriem numiſmatum* Auguguſtæ familiæ, addit cuſum *Archiducis numiſma natalitium*. Inſcriptio Numiſmatica ſuo loco ſupra legitur:

FELIX FASTORVM INITIVM.

Votum in limbo externo ſcuti, quod numiſmaticam imaginem includit.

AVI NVMERENTVR AVORVM! Virg.

In Æde primi Equorum Domitoris.

Symbolum Heroicum: *Equus Albus* [Luneburgicus] decurrens in ſtadio, propè Metam, plures non ſolum coronas, Imperatoriam, Anglicam, Boruſſicam &c. virtute meritus; ſed ſuis etiam relinquens. Lemma.

MERVITQVE DEDITQVE CORONAS.

Votum in ſcuti margine.

VIGEAT PERENNET NOVA GVELPHICÆ
GENTIS GLORIA!

Primi Architecti domum, inter alia lætitiæ ſigna, ornabat

Symb. Heroicum, ſiſtens *Ædificium Romanum*, vario columnarum Ordine ſuper ædificatum, [ut Septizonium] nec tamen ad finem perductum. Lemma:

FASTI-

FASTIGIA NIXA COLVMNIS.

Mihi deſtinaveram inſcriptionem antiquatæ deſitæque latinitatis :

QVEI CIVES ROMANEI SVNT OC DIE OB AVGVSTAI PARTOM FF. PRO ARBITERIO AEDICVLAS ADAM PLIANTO ET EXORNANTO
VTEI SIREMPS LEX EST.
QVEIS QVEIS SIET , QVOJVS EST TEMERARE BENE FACTA,
NEI JVDICARE OLLI LICETO.
PRAEVILEGIVM OC DEIDIT
PRIMAEVITAS ET POPLICA LAITITIA
PIETATEM CAVSSA.

Reliquos feſtivos apparatus, effuſi non mâgis gaudii, quam tumultuum æmulos, qualicunque adumbratione vel enumerare, ſupra ſimplicis narrationis & modum & vires eſt. Nemo,ut in ſinu gauderet,ſuis ſibi lætitiis frui ſatis videbatur, Neque exſultans jubilum, qui non viderunt, animo concipere poterunt, nedum deſcriptum intelligere : Unctas ſine numero feneſtras, ipſis ludicris licentioſisque cogitatis non minùs ridentes,quàm lucebant opimiùs inſtructæ ; radiantes cerearum facium ordines, quibus tota urbs continenti incendio flagrare videbatur;Recurſantes per triduum ſymphonias, commeſſationes , choreas ; ſparſa miſſilia ; vina per canales,privatis etiam ex ædibus, effuſa ; plateas plaudentium ſpectantiumque omnis ordinis & ætatis hominum turbâ coarctatas ; præſertim haud die, haud concubia nocte, haud interdicto [quod periculum avertere, lubentiarum impetum coërcere non potuit] interpellandas continuas ſclopetorum exploſiones. In ipſo hoc micantium undique & crepantium ignium tumultu ſpectaculum admiratione dignius : Imperatorem , ut ſuorum Zelo annueret, ſpectatorem cum paucis magnatum primò incognitum, mox Patrem ſalutantium acclamationibus monſtratum, nec tam rhedâ, quam turbâ provectum. Quod exemplum imperantibus minùs dilectis

 ſi ti-

ſi timendum videatur, dignius eſt memoriâ poſteritatis, a
quis laudibus prædicaturæ, tutiſſimum præſidium, popu
provocatum ſanctiſſimum amorem ; & optimi Prin
cipis de ſuorum fide ſecuram fiduciam. Ut verò cu
cta non ordine minùs, quàm hilaritate conſpirarent; potui
ſet quidem geſtientium licentia magis innocuis molimin
bus occupari ; ſi aliorum cogitatis juvati fuiſſent ovant
inconditis plauſibus greges, & plauſtris vecti Muſicoru
chori. Nimirum, ſi opificum civiumque tribus, in cert
diviſæ claſſes, variis coloribus, artium inſtrumentis, veſt
bus, machiniſque Symbolicis, & concentibus congruis, im
mò cantiunculis, mirè multitudinem capientibus, omnium
que unientibus vota, Romanorum in ludis publicis factio
nes repræſentaſſent.

Ejusmodi inventionum varietati conſona ubique ſign
ficatione [quæ in benè ordinatis ſpectaculis primam lauder
meretur] connectendæ vix aptius Thema potuiſſet excogi
tari, quam Circi Maximi, forum quoddam luminibus occu
pantis, & pomparum talium proceſſiones in urbis vias emit
tentis.

Illius ne prorſus inani idea Lector dimittatur, conſula
fictum præcedens Schema Circi, pro celebrando S. Cæſ
Majeſt. Natali ; quod tamen ducendis Pom-
pis caruit.

Libet, his addere & ſervare in memoriam Optimi Regis Friderici inſcriptionem excerptam ex apparatu, quo fulſit luminata domus privata in Feſto Regio, cum poneretur An. MDCCIV, in Ponte Berolinenſi ſtatua Equeſtris Friderici Wilhelmi Electoris,

FRIDERICO III.
BORVSSIÆ, QVI VENTVRI SVNT, REGVM
PRIMO.
ELECTORVM BRAND. QVOTQVOT EXTITERE,
AVGVSTISSIMO,
SVVM CVIQVE TRIBVENTI;
DEO
SE IPSVM
ET POPVLVM SANCTISSIMIS LEGIBVS RECTVM;
PATERNIS MANIBVS
HONORES TANTO HEROE DIGNOS, (*)
SIBI
DIADEMA,
REGNO MAJESTATEM ET ASSERTOS FINES;
GENTI GLORIAM
POPVLO FELICITATEM,
BONIS MALISQVE
PRAEMIA ET POENAS,

Alibi breve votum:
SIT REGNI QVI FAMAE, SIT VITAE QVI GLORIAE
TERMINVS!

(*) in poſita equeſtri Statua.



Palma imitatur Tarraconenſem
in Ara Auguſti. *ad. p. 164.*

EXultate Quirites! Plaudite Gentes omnes nationeſque! & tu, nova Roma, ſolve ſuſcepta vota pro adventu AUGUSTI* Hic eſt, à quo ſalutem humani generis! exſpectat agitata bellìs ærumniſque Reſp. Chriſtiana;

> Hic Vir, Hic eſt, Tibi quem promitti ſæpius audis,
> AVGVSTVS CAESAR, Divûm genus, aurea condit
> Sæcula qui Latio, ſuper & Garamantas & Indos
> Protulit Imperium - - - -

REctè quidem Ille unius urbis arcus & coronas faſtidit, cujus decoribus orbis ornatur, cujuſque tropæis victrix Europæ libertas ſuperbit. Jure meritóque triumphalem pompam recuſat, cui omnium in animis conſenſus gentium Triumphos decernit innumeros & ſempiternos. At verò qui poteſt Victor Pacator, Reſtitutor provinciarum, ut Numen tutelare, dedignari

* Ita in Numis Antiquis.

quaſcunque acclamationes, quibùs omnium ordinum atque ætatum homines ſibi triumphant; piaculum merituri, ſi tacerent? Iſta enim lætitia publica (ſi quid ſentienti naturæ ſubjectum eſt) nullius ita poteſtate continetur, ut ovans populus felicitatem temporum ſibi ſaltém ipſi prohibeatur gratulari, aut cogitare de ſolenniori introitu, cujus piâ celebritate

Frangatur legum veneranda poteſtas.

QUandoquidem in iſto ſummæ fortunæ faſtigio nihil eſt, quod CAROLI aut nativo juri, aut virtuti, aut potentiæ, aut gloriæ quidquam non anté debitum, vel proprium relinquat precandum. Fuerit iſta in aliis Heroibus votorum ſumma, ut fama eorum ad terrarum uſque terminos diffundatur. Hanc verò beatitatem precibus pro noſtro Imperatore necquicquam expetimus, cujus non nomen, ſed ipſum Imperii jus jam pervadit diſtantes oras, quas orientem verſûs & occidentem deficiens terra includit; Et ita pervadit, ut CAROLVS, etſi Regum timendorum ſolus Principatum teneat, tamen fulgentis inter ſidera non magis quàm benefici inſtar Solis, ubique cum Majeſtatis jubare atque cum

cum armorum gloria ſpem ſimul felicitatis & amorem circumvehat. Quorſum inſuper laudes? ſi ne fictiones quidem, vel fabulæ, quibus Graja Romanaque facundia Heroës ſuos auguſtiores reddere ſatagit, ipſas hujus CAESARIS res geſtas poſſunt æquare. Non ille parvæ Colchidis, (quæ Jaſonis ſit laus) ſed tot regnorum vellus aureum; nec per Ægæi Maris anguſtias,* ſed per Mediterranei ambitus, per Oceanos, Britannicum, Aquitanicum, Atlanticum, feliciter occupavit. Non Ille in Gaditani Herculis termino hæſit; verùm terrâ marique vaſtiſſimos Imperij fines, ipſamque gentium olim Dominam, Italiam, ut ſuam, luſtravit, Marte in amicos pacifero, in ſuperbos ultore. Illius prætextata ætas, vix præceptis antè fuit, quàm exemplis formata; Regnatrices artes non in ludo, ſed in Regali Solio, Imperatorias verò in Campo Martio Trojam ludentibus victoriis edocta. Exuit ille ſplendidiſſimæ delicias aulæ, ut populis oppreſſis per undas, per flammas, ſe Regem daret; Exuit deinde Regem; ut Militem ageret; Tandem Militem Victorem exuit, ut ageret Patriæ Patrem. Poſtquam

* Diodori Sic. fabuloſa longinqui itineris narratio. L. 4. refutatur communiori traditione, quæ terminos navigationi ponit Sinum Adriaticum.

hoſtibus & numero & apparatu bellicô & fortunâ ſuperioribus ſcivit ductu ſuo clades inferre, & contra ipſam inopiam, invictum telum, bella gerere. Hæc quantacunque ſint, minora tamen ſunt eâ temporum reparatione, quam pacando & locupletando terrarum orbi tanta ſpondent pignora. Quæ vero incunabula tantum fuerunt, quibûs Imperii Diadema (quod pauci tanta cum gloria poſuerunt) antè mereri, quàm accipere, excelsô CAROLI animô dignum, nec minùs regendis nationibus fuit ſalutare. Ut in Regia dignitate privatorum ſortem expertus, cum Trajano, talis eſſe privatis Imperator diſceret, qualem ſibi Imperatorem privatus optâſſet. Ut, inquam, PATRUM VIRTVTEM (*) cogitans, bellô Magnus ſit FORTITVDINE contra hoſtes apertos; pace autem vivos poſteroſque cogitans; CONSTANTIA Herculeâ, (**) nullis monſtris, nullis, quas improbitas excitat, moleſtiis cedente, tantò ſit major, quantò ſervatæ unius provinciæ corona civica laureis cruentis eſt anteferenda, quantóque illæ laudes digniores ſunt poſteritatis, ad quam cum memoria ipſum beneficium transmittitur, æternìs monimentìs. Ita SEXTO CAROLO, qui Imperatorum

* Primum & Regium Cæſaris Symbolum. (**) Symb. Imp.

rum maximis quibuſque aut anteponendus, aut æquandus, exemplum aliud quàm ſuum nequit proponi. Quippe inter Primos par Cæſari virtute militari, Auguſto felicitate, Fl. Veſpaſiano publicæ rei & ærarii cura, Tito humani generis amore, Trajano bonitate, Hadriano finium luſtratione, Antonino pietate, M. Aurelio doctrina & ſapientia, Sept. Severo ſanctis juſtitiæ & diſciplinæ firmamentis. At major Cæſare laureata juventute, libertatiſque adſertione, Auguſto expeditionibus ductu ſuſceptis, Fl. Veſpaſiano liberalitate, Tito verenda Majeſtatis gravitate, Trajano continentia, Hadriano animi moderatione, Antoninis perpetuæ religionis caſtiſſimo cultu, Sept. Severo clementia. Inter Chriſtianos, Conſtantino, Carolo, Ottoni potentia par; illis autem nulla omnino armorum vi aſſerto Imperio, atque virtutis Auguſtæ liberrima optione anteferendus. Denique in ſua gente Rudolphi I. gloriam Majorum imaginibus, Maximil. I., Philippi Regis, & Ferd. I. felicium connubiorum ſpes complemento unitarum provinciarum, adeóque Caroli V. Avis Atavisque potens nomen novem Regnorum * acceſſione, Magnique Patris to-

* Hung. Boh. Dalm, Croat. Sclav. Boſn. Dac. Serv. Bulgar.

gatas virtutes ſagatis condecoravit. In uno hoc Divo Genitori ſecundus, quòd ſui nondum ſimiles orbi dederit. Hæc ut illi & mundo felicitas proſpere eveniat, reddita AVGVSTO atque nobis PATRIAE, nunc SENATVS HISPANICI MATRE; ** illud verò eſt, quod Deus immortalis ex optatis omnibus reliquit expetendum. Cetera cupienda tanta jam exiſtunt, ut præter ea, quæ in nobis ſunt, atque ex fideli obſequio fluunt, precari nihil liceat, niſi perpetuitatem.

** Ita in Numis Antiquis.

Gratu-

Gratulatio de accepta Corona Hungarica.

IMP. CAES. CAROLO VI. AVG. PIO. FELICI. INVICTO.

DIVISA. STIRPIVM. AVITARVM. JVRA. SVB. VNAM. DITIONEM. SVBIVNGENTI. CAROLINAMQVE. GLORIAM. ET. FELICITATEM. VT. IN. IMPERIO. ATQVE. REGNIS. AC. PROVINCIIS. HISPANICIS. BOHEMICIS. AVSTRIACIS. ITA. IN. SOLIO. REGALI. HVNGARICO. A. M. D. C. C. XII. RESTITVENTI.

REGNVM. AVSPICATVM. ET. MVLTOS. ANNOS. FELICITER!

QVOD BONVM ET FAVSTVM SIT
REIP. CHRISTIANAE
ORDINI POPVLOQVE PANNONICO
AC IMPERII CAROLINI REGNIS PROVINCIISQVE
OMNIBVS!

JVNGVNT TANDEM FATA ET VIRTVS AVGVSTI
NON MODO,
VT OLIM, PYRENEN APENNINVMQVE;
SED ETIAM,
QVAE NATVRA TANTVM ET ANTIQVA ROMA SOCIAVERANT,
RHETICARVM. NORICARVM, CARINARVM ET
PANNONICARVM ALPIVM,
NEC NON SVDETORVM ET CARPHATIORVM MONTIVM
JVGA.

ITA IN VNO HEROE
CAES. AVG. CAROLO SEXTO

AVITAE SINGVLAE VIRTVTES TERRAEQVE
AMICO FOEDERE CONJVGANTVR.

PROINDE CONFIRMA REDDITOS TIBI ANIMOS
RESTITVTA PANNONIA!
ET MACTE ESTO FELICITATE,
QVAE SVMMAM VOTORVM,
NON SPE ET EXPECTATIONE;
SED RE TIBI ET EVENTV SISTIT!

SI LIBERTATEM AMAS,
QVAE NVSQVAM GRATIOR EST QVAM PIO SVB REGE,
HABES LIBERTATIS TVTOREM,

QVEM

QVEM SIBI IMPERIVM ELIGIT
ET EVROPAE SALVS DEPOSCIT.

SI PACEM EXPETIS,
POST TOT TVRBARVM PVBLICAS PRIVATASQVE
CALAMITATES,
HABES AVGVSTVM,
A QVO EANDEM JANI CLVSI BEATITATEM,
QVA REGNVM HOC AVSPICATVS EST,
ORBIS CHRISTIANVS EXSPECTAT.

SI FELICITATEM DESIDERAS,
HABES IN HOC CAROLO NON SOLVM POSTREMI TVI
CAROLI ROBERTI
AETATEM AVREAM POSTLIMINIO RESTITVTAM;
SED INSVPER,
QVAM IMPERIVM ROM.
HISPANIAE, ITALIAEQVE REGNA,
AVSTRIA, ET BVRGVNDIA,
IN QVINTO SVO CAROLO MIRANTVR,
ET QVAM IN QVARTO BOHEMIA DEPRAEDICAT,
FORTVNAM,
FAVSTA CONJVRATIONE SOCIATAM ATQVE AVCTAM.

SI MERITA QVAERIS,
HABES VIRTVTE MILITARI ET PRVDENTIA CAESAREM
ANNIS ET ANIMO ALEXANDRVM.
IMO HABES BONITATE TRAJANVM ALTERVM,
NON HOSTEM, VT PRIMVM,
SED PATRIAE PATREM,
QVI PVBLICIS NECESSITATIBVS EAM ADHIBET OPEM
QVAM EI DIVINITAS INGENII PERSPICIENDAM,
VSVS IN VTRAQVE FORTVNA QVAERENDAM.

VIRTVS

VIRTVS INVENIENDAM,
CLEMENTIA ANNVENDAM,
POTENTIA FERENDAM,
HERCVLEVS LABOR SVSTINENDAM
DEDERVNT.

SI VIS POTENTIAM,
VIDES CAROLINI REGNI LIMITES
VTRIVSQVE ORBIS TERMINOS.

PRECAMVR OMNES,
VT RECEDENTES ANNI TANTVM INCOMMODOR.
ADIMANT,
QVANTVM VENIENTES POLLICENTVR
DE FORTITVDINE ET CONSTANTIA AVGVSTI;
VT D. O. M. OPTIMO PRINCIPI
DE NOSTRIS ANNIS ADDAT ANNOS;
ATQVE VT PER AVGVSTAM PATRIAE MATREM
VOTIVAS, QVAE SVPERSVNT, PRECES,
POSITASQVE IN AVGVSTO THALAMO SPES
RATAS ESSE JVBEAT.

Porta Palatii

Abſente S. Cæſ. & Cath. Majeſtate, auſpiciis Celſiſſ. Princ. Antonii a Lichtenſtain Aulæ Cæſ. Supr. Præfecti Architecto Dn. Joan. Luca Hildebrando renovata.

Nihil meum habet præter lapides loquentes: Atlantis globum ſuſtinentis ſigno, quod jam in apice poſitum erat, datur Symbolica ſignificatio *negotiorum & Imperii oneris*, cui ferendo non omnes humeri ſunt pares. Ad dextram *Conſtantiæ* ſtatua, ad ſiniſtram *Fortitudinis*, exprimunt Symbolum Auguſti.

In porta non legitur arcubus reſervanda Dedicatio, ſed ſimplex Inſcriptio:

IMPERANTE.
CAES. AVG. CAROLO. VI.
PIO. FEL. VICTORE. P. P.
PORTA PALATII RENOVATA.
A. ER. CH. (*) M. D. CC. XII. IMP. I.

Ad

(*) Annus Erat Chriſti
pro illo
Annus Erat Auguſti, Unde AERA derivatur.

Ad Aquilæ bicipitis ductum formatur duplex C. quod includit Inſignia S. Cæſ. & Cath. Maj., ut nunc pasſim conſpicitur.

IV. Anaglyptico operi deſtinata loca IV. Allegoricis Symbolis replentur

1. Abitum Cæſaris ſiſtit *Argo* navis, quæ Aureum Iberiæ Vellus petiturum Jaſonem vehit cum Argonautis. Lemma ex Virg.

SIC PATRIAM FVGIMVS.

2. Reditum oſtendit idem in appulſæ navis prorâ ſtans Heros; quem alloquitur excipiens in littore *Italia* verbis Virg.

QVANTA PER AEQVORA VECTVM ACCIPIO!

3. Barcelonam liberatam memorat *Eclipſis Solis*, quæ fugam hoſtibus portendit; Solis hoc prodigio Victorem cum Joſua comparante. Lemma Heroicum ex Virg.

(*) TIBI SIGNA DEDIT.

4. Tres uno anno partas Victorias Hiſpanicas monſtrat Hercules Gaditanus ſuis Caroliniſque Columnis adnixus & tenens manu tres laureas. Lemma:

TER VICTOR IN ANNO.

De-

Dedicatio Templi D. Carolo Borromæo Sacri.

IN GLORIAM DEI AETERNI MAXIMI,
DIVO CAROLO BORR. DEPRECATORI
CAES. AVG. CAROLVS VI.
REX CATHOL. ET APOSTOL.
L. M. SOLVIT VOTVM SOLENNE,
CVJVS PRO VALETVDINE POPVLI
A. CH. M. DCCXIII. NVNCVPATI REVS,
ET EOD. ANNO COMPOS FACTVS EST.
MDCCX - - - -

In Zophoro:

VOTA SOLVTA IN CONSPECTV TIMENTIVM DEVM,

Inſcriptio Columnæ Votivæ Aquis (vulgo Baden) poſitæ:

S. S. AETERNAE TRINITATI,
QVOD IN CONTAGIONE
FAVENTIBVS DIVIS DEPRECATORIBVS
IMP. CAESARIS CAROLI VI.
AVGVSTAM CONSTANTIAM
EXTREMO PERICVLO NON CEDENTEM
ATQVE HANC CIVITATEM
PRECIBVS COMPOTEM FECERIT,
A. C. MDCCXIV. COLVMNAM VOTIVAM
LIBENTES POS. CIVES AQVENSES
PRECATI DEVM IMMORTALEM
VT VELIT SOLVTA VOTA
SVPPLICATIONIBVS
RITE SIGNARI.

Quæ ultra hæc in columna leguntur, mea non ſunt.

Inſcriptio Aræ poſitæ in Templo Vara-dini Petri poſt liberatam urbem:

IN. GLORIAM. DEI. TER. O. M.
EXERCITVVM. DOMINATORIS.
CVIVS. EX. PROPITIA. ERGA. POP. SVVM. VOLVNTAT.
IMP. CAES. CAROLVS. VI.
PIVS. INVICTVS. DACICVS. MAXIMVS;
IVSTIS. ARMIS. ATQ. CONSIL. ET AVSIS.
PRINC. SABAV. EVGENII. FRANCISCI.
COPIARVM. SVAR. PRODVCIS. ET. IN. GERM. INF. LEGA[illegible].
ETC.
PROVIDENTISS. FELICISSIMI.
INIVRIAS. REIP. CHRIST. VLTVS. EST.
BARBARORVM. NVMERO. ET FEROCIA. TIMENDOR
CLADE.
VARADINVM. PETRI.
NEC. NON. EIVS. FAMA.
ITALIAE. ADITVM. LIBERANTE.
ET. TEMESVARI. EXPVGNATIONEM. MATVRANTE
TIBI. MAGNA. MATER. VIRGO.
SANCTISSIMA. MARIA. AD. NIVES.
HANC. ARAM. D. D.
GEORG. WILH. L. B. à LöFFELHOLTZ. DE. COLBER
TENTATAE. VRBIS. ET REI. TORMENT. PRAEF. GE
S. C. M. A. CONSIL. BELL.
ARAE. LEX. ESTO.
VT. QVA. DIE. NONIS. AVG. SACRA. TVA. CELEBRANTV
ET QVA. TVIS. DEPRECATIONIBVS. A. C. MDCCXV
E. PERICVLO. ANTE. PORTAS. FVIMVS. EXEMTI.
EADEM. QVOTANNIS. PVBL. SVPPLICATIONE.
TANTAE. FELICITATIS. MEMORIA.
FIE. INVIOLATEQ. REPETATVR.

Val

Valvas Numophylacij portatilis, quod S. Cæſ. & Cath. Majeſtatem in Expeditione Hiſpanica ſecutum eſt, æreis tabulis in facti memoriam ornavi cum Inſcript. ſequ.

I.

AN. MDCCXIV.
REPARATVM EST
NVMOPHYLACIVM HOC,
QVOD PRIMVM INSTITVTIONI
CAROLI PRINCIPIS JVVENTVTIS;
DEINDE IN IPSA EXPEDITIONE IBERICA
REGIS VICTORIS
RECREANDAE MENTI INSERVIIT.

II.

VT
GADES REMOTAE
IN ALTERO HOC CAROLO V.
HERCVLEM SVVM,
NON MODO GADITANVM,
SED ETIAM MVSAGETAM
AGNOSCERENT.

Inſcriptiones Aulæorum, quæ ad vivum

delineavit Pictor Joan. Majus, cognomine Barbalonga, ſecutus caſtra Cæſ. Car. V.; quorum verò majores figuras in primo conſpectu veris imaginibus expresſit Titianus. Eas Delineationes tenebris, quibus ultra 150. annos abſconditæ fuerunt, quamprimùm protraxit S. CAES. & CATH. MAJ., ſtatim reparandas & inſigni artifici Devoſſio Bruxellæ texendas dedit. Adjectis infra ſequ. titulis, facta breviter explicantibus:

N. I.

DIVI IMPER. CAR. V. RES IN AFRICA, MDXXXV. GESTAS, QVAS TITIANVS, DIGNVS HOC ALEXANDRO APELLES DELINEAVERAT, TEXTILI OPERE PICTAS POSTER. MEM. RESTIT. CAES. AVG. CAR. VI. MDCCXII.

Infra:

CAESAR LVSTRAT EXERCITVM, IN QVO EMINEBANT LVDOVICVS INF. LVSITAN., ALFON. DAVALOS MAR. DEL VASTO, COM. FVRSTENBERGIVS, ALARSONIVS CVM. M. M. VOLONIBVS ORD. EQVEST. GERM. HISP. ITALIS.

N. II.

APPVLSVM CLASSIS NAVIVM CCC. CAESAREAN. ET FOEDERAT. ORDINAT AD LITTORA NVMID. ARCHITHAL. AND. DORIA MDXXXV. D. XIV. JVN. BARBARIS POSTERA LVCE SPECVLATORIOS IGNES EDENTIBVS, CAESAR PORTVM FARINAE OCCVPAT.

N. III.

NAVIBVS IN PORTV FARINAE D. XVI. IVN. EXONERATIS CAESAR D. XXII. IVN. PROPE EXPVGNATAS TVRRES, AQVARIAM ET SALINARIAM, TABERNACVLVM PRAETORIVM LOCAT ADITVSQVE AD GVLETAM MOLITVR.

Notandus hic ſitus antiquæ Martiæ, Scipionis juſſu direptæ. Necnon Muleaſſes Rex ſe dedens.

N. IV.

N. IV.

GVLETANI OMNIBVS FERE PRAESIDIARIIS COPIIS ERVMPENTES D. IV. IVL. PABVLATORES CAESARIANOS ANCIPITI PVGNA INVADVNT, TANDEM CAESARIS CONSTANTIA REPELLVNTVR.

N. V.

POST RVPTAS SINGVLAS MVNITIONES GVLETANAS AC REPRESSAS HOSTIVM INCVRSIONES, GVLETA TERRA MARIQVE D. XIV. JVL. TORMENTIS PETITA CEDIT VNA DIE VIRTVTI AVGVSTI.

N. VI.

IN POTESTATEM REDACTAE GVLETAE CANALIS, QVI IVNGIT MARI MEDITERR. LACVM TVNET. REPLETVR CAPTIS NAVIBVS BARBAROSSAE, OPPIDVM DC. PRAESIDIAR. MILITI HOSTIVMQVE TORMENTIS MVNITVR.

N. VII.

CAESAR D. XX. IVL. TORMENTA NON NECESSAR: COMMEATVMQVE CLASSI RELINQVENS, EXERCITVM CONTRA TVNETANOS DVCIT, PRAEEVNTE EQVITATV, QVEM EXCIPIVNT PEDITES GERMANI, HISPANI, ITALI.

N. VIII.

INSIDENTEM OLIVETA C. MILL: AFRORVM, XX. MILL: TVRCARVM EXERCITVM CAESAR ADORITVR ; AFRI SCLOPETIS, ET HASTATORVM PHALANGE FRACTI TVRCIS PVGNAM RELINQVVNT.

N. IX.

TVRCAE IN DIMICATIONEM FORTITER VENIENTES AD ANTIQVAE CARTHAGINIS RVINAS VICTI, FVGATIQVE TVNETVM SE RECIPIVNT, MAIOREM PASSVRI STRAGEM, NISI AESTVS ET SITIS INSEQVENTES RETINVISSET.

Spectabilia hîc ſunt rudera Aquæductus, quem Romanis debet Nova Carthago, curis Caji Craſſi Prætoris & Auguſti coloniis reſtituta.

N. X.

TVNETO, QVOD BARBAROSSA D. XX. IVL. DIRIPIENDVM RELIQVERAT, MVLEASSES REX DATVS A CAROLO VICTORE; ATQVE ITA RELICTO IN GVLETA PRAESIDIO MARE: MEDIT: PIRATIS, ET XX. M. CHRIST. SERVITVTE LIBERANTVR.

Hic Titianus a Barbalonga accipit Delineationes.

His, ut tutiùs explicentur, juvabit addere

Excerptum ex Ephemeridibus Caroli V. Imperatoris M.S. quae in Bibliotheca Caeſarea aſſeruantur. Codice Hiſt. 94.

EN L'an 1535 Le 7 de Mars a Alcala le 13 a Saragoſſe juſques au 18 de May, auquel lieu fut conclû le mariage d'entre le Duc Frederic Palatin & la Princeſſe de Dannemarque. Sa Majeſté eſtoit venu en Barcelone pour faire le voyage en Barbarie pour remettre Le Roy de Tunnes en ſon Royaume, lequel eſtoit dechaſsé par Barberouſſe Roy d'Argel, lequel avoit ſuprimé le Tunnes par faux donnér à entendre aux habitans de la dite cité, diſant, qu'il amenoit avec luy le fils meme du Roy trepaſsé, eſtant priſonnier és mains du Turc, Lequel eſtoit aimé & deſiré des ſubjects du dit Royaume de Tunnes. Joint, que le dit Barberouſſe tenant le dit Tunnes L' éſpace de douze mois moleſtoit & Portoit grand domage aux ſubjects du Royaume de Sicile, Sardine, Majorque, & Minorque frontieres d'Eſpagne appar-

partenantes a Sa M^ſté^ & a la Chreſtienté. Ce voyant par Sa dite Majeſté deſirant expoulier cet ennêmy de la foy, fait l'armée qui s'enſuit, & luy en perſonne delibera y aller: & pour ce faire manda venir Le Prince de Melphe Andrea Doria ſon general par mer au lieu de Barcélone, lequel y arriva le premier jour de May avecque vingt galeres. Au meme tems y arriva Don Alvaro de Baſſan Capitaine des Galeres d'Eſpagne, qui eſtoyent douze. Peu de jours aprés vint Marquis de Modeger Vice-Roy de Grenade auquel Sa Majeſté avoit mandé faire au lieu de Malaga lés munitions et proviſions pour le voyage & vint avec cinquante naves, cinq carravelles & vng galion que le Roy de Portugal envoyoit à Sa Majeſté pour luy faire ſervice au dit voyage. Auſſy y vint le S^r^. Infant de Portugal Don Loys frere de l' Imperatrice, lequel vint en poſte pour accompagner Sa Majeſté en ce dit voyage. Sa Majeſté voulut voir la monſtre des gentils hommes & de tous ceux de ſa maiſon, la quelle fut faite en ſa preſence le 20. de Mars au nombre de quinze cens LX. le troiſieme de May Sa Majeſté s'embarqua paſſant en ſon Royaume de Mayorque, arriva le troiſieme de Juin au matin au port de Maon, petite villete en ſon Royaume de Minorque, & le dixieme eut une tourmente, de ſorte que l'onzieme matin les uns ne ſçauoient à parler des autres, & le 12. Sa Majeſté & toute la compagnie arriverent au port de Calara, cité en ſon Royaume de Sardaigne, ou il trouva douze mille tant Allemans, Italiens, que Eſpagnols, outre douze mille, que Sa Majeſté menoit, trouva là auſſi ſix galeres de Rhodes avec la caraque, deux Gallions du prince, deux caraques de Genes, deux Gallions de la Ren-

 tiere.

tiere, les galeres de minogo corchepins, galeres de Naples qui arriverent depuis celles de Sicile, ſix du Pape, & autre toutes payées par Sa dite Majeſté. Sa Majeſté arriva avec 300. voiles le Sixieme Jour de Juin au port de Cartage en Afrique toutes les Bannieres deployées, & ſur sa galere la Banniere principale eſtoit un crucifix. Ce dit jour fut pris par l'avantgarde un Brigantin ſortant de la Goulette, ou il y auoit un, qui etoit de Dieppe en Normandie le quel ſe diſoit uenu de Tunnes racheter deux jeuns garçons, qu'il menoit auec lui, qui eſtoienr de ſon pays, les quels comme il diſoit auoient eté pris l'an precedent par les galeres du dit Barberouſſe : & pour quelque ſuſpicion, que l'on auoit de quelqu' auuertiſsement, car comme il diſoit, il etoit parti de Marſeille au meme jour, que Sa Majeſté partit de Barcellone, ou peu aprés, par quoy il fut detenu juſqu'aprés la priſe de Tunes; puis luy fut rendu ſon Brigantin & ſon cas, & fut renuoyé en France, & le 16. Sa Majeſté auec enuirons 33. mille hommes combattant ſe deſembarqua, & mit ſon camp en terre de Barbarie, en un lieu tout ſans arbres, & auoit en terre enuirons cent pieces d'artillerie, le 22. Sa Majeſté uint loger à la tour de Seel, & ſon camp à l'entour de luy, & le 29. enuirons deux cens Mores uinrent trouuer Sa Majeſté à la tour de l'eau en une eſcarmouche; le Marquis de Final fut bleſsé, dont le remenant mourut en Sicile. Auſsi gardant un baſtion par un matin a l'aube du jour le Comte de ... fut tué Le 14. de Juillet dés le matin au point du jour, s'en commença la batterie, & à canoner la Goulette, en la quelle, & au pour pris y auoit 14. mille tant Turcs, que Mores, la quelle fut priſe par force enuirons

tons les deux heures aprés midy du dit jour. Et le 20. jour ſa dite Majeſté partit marchant contre Tunnes, ou il rencontra Barberouſſe, le quel luy preſenta la bataille accompagné de cent cinquante mille hommes, & cette nuit là Sa Majeſté logea en un chemin, & le lendemain 21., ueille du jour de fete S. Marie Magdelaine, marchant uers le dit Tunes fut auuerti, que le dit Barberouſſe le jour precedent uoulant entrer au chateau trouua les Chretiens, qu'il tenoit eſclaues deſſerés luy refuſant l'entrée, prit ſon chemin à bride aualée aux montagnes tirant par terre jusques â Bona, ou il trouua neuf de ses galeres, ou il s'embarqua : & auertie Sa dite Majeſté de la fuite ſachant le chemin, qu'il prenoit enuoya incontinant 25. galeres uers le dit Bona pour empecher; que le dit Barberouſſe ne ſe ſauua par mer; à quoy ne purent obuier ains prenant ſon chemin deuers Argel, qui eſt a luy paſſant par deuant Mahon, ou l'intelligence auec le Maire de la Ville, le quel eſtant traitre à Dieu, & à ſon Roy fit de nuit ouverture au dit Barberouſſe; la quelle uille fut priſe & ſaccagée par les Turcs, & emmena tout le peuple Chretien, qui etoit dedans tirant ſon chemin droit á Argel, & ce meme jour le dit Tunes fut priſe par force, & y entra Sa Majeſté, & le jour S. Jacques fut ouyr la meſſe en un petit monaſtere de Cordeliers, eſtant au fauxbourg de dit Tunes, & le 28. Sa Majeſté partit, & uint à Rade, & le premier jour d'Aout à la tour de L'eau, en aprés deliura 22. mille Chretiens, que le dit Barberouſſe tenoit eſclaues, & auoit traité auec le Roy de Tunes de chaſſer le remettant en ſon Royaume laiſſant garniſon à la Goulette ſortit du dit Royaume. Le 17. jour uint diner à la Goulette,

te, prit congé de L'infant de Portugal ſon beau frere depecha ſon armée les uns pour Eſpagne pour conduir le dit Sieur Infant, les Allemans & Italiens à Genes, ceux de Rhodes à Malta, ſon ecurie & autres de sa maiſon pour Naples. Le dit 17. Sa Majeſté uint coucher en ſa Galere, prenant ſon chemin uers ſon Royaume de Sicile, fut Canoné une uille nommée Africa pour la prendre, mais l'impetuoſité du uent le contraindrent s'en retirer, & prendre la mer. Arriua le 22. jour de Tripoli en ſon Royaume de Sicile, & y deſembarqua & demeura jusques au Premier jour de Septembre, qui uint jusques à Arcamont.

In Regni Bohemiæ ſic dicta *Cancellaria.*

TYmpanum faſtigii ſive frontis ornatum eſt Cæſaris Monogrammate in globo, cui inſidet *Aquila Romana radiata* phœnicis inſtar, felicem Temporum Reparationem ſignificantis; Tenet Carolini Symboli, nec non Belli Pacisquè objecta, gladium & ſceptrum. Prout in Sac. Cæſ. Maj. numis ante jàm apparuit cum eodem Lemmate Zophoro inſcripto:

FELIX TEMPORUM REPARATIO. MDCCXIV.

Hic annus innuit Pacis auſpicia, quibus abſolutum eſt ædificium Architecto Domino Joan. Ber. Fiſchers ab Erlachen Cæſareor. ædificior. primo Inſpectore;

In veſtibuli parte interiori legitur:

BASILICAM
REGNI BOHEMIAE
CAVSIS EXPEDIVNDIS DICATAM
ILL$^{mi.}$ ET EXC. D. IOAN. WENCESL.
S. R. I. COM. DE VRATISLAV. REG. BOH.
SVPR. CANC. ET M. PRIOR.
S. CAES. M. CONS. INT.
PROVIDENTIA INCHOATAM.
IMPERANTE CAES. CAR. VI. AVG.
NBOHEMIA CAROLINAE FELICITATIS INSTAVRATORE
SVB FAVSTIS PVBLICAE PACIS AVSPICIIS.
A. MDCCXIV. ABSOLVIT.
LEOPOLDVS JOS. S. R. I. COM. A SCHLIK.
S. CAES. ET CATH. MAI. CONSIL. INT. R. BOH.
SVPREM. CANCELL. ET GEN. CAMPI MARESC.

Idea

Idea expetitæ Inſcriptionis ponendæ in arcu triumphali Dresdenſi pro felici Ingreſſu Principis Reg. & Elect. Sax. conſummato Aug. Matrimonio.

QVOD BONVM FORTVNATVMQVE NVPTIS IN SPEM TEMPORVM,
FAVSTVM NOVO FOEDERE JVNCTIS POPVLIS,
ET SALVTARE POSTERIS SIET!

FRIDERICO AVGVSTO

FRIDERICI AVGVSTI POL. REG. ET SAX. ELECT. FILIO VNICO
ET MARIAE JOSEPHAE AVSTRIACAE
IMP. CAES. CAROL. EX FRATRE IMP. JOSEPH. NEPTI.
QVANDO ILLORVM QVIDEM AVSPICATIS. INGRESSVS
DEI IMMORTALIS PROVIDENTIA
HVIC AETATI POST TRIA SAECVLA RESTITVIT FELICITATEM,
QVAM ALTER FRIDERICVS FRIDERICI EL. FILIVS
ET MARGARETHA AVSTRIACA
CONNVBIO REGVM PRINCIPVMQVE FOECVNDO
OLIM SAXONIAE DEDERVNT
REGIS OPTIMI PERMISSV
OVANTES ET GRATVLABVNDI ARCVM IN SVBVRBIO
P. P.
MAGISTRATVS ET CIVES DRESDENSES
A. CHR. MDCCXIX. D.

Ex altera parte:

AVE PRINCEPS JVVENTVTIS NOSTRAS
MACTE PIETATE IN PATREM PATRIAMQVE
OCELLE PATRIS ET SVBDITORVM;
ANIME NOSTER, QVO SPIRITVM DVCIMVS!
AVE ET TV SPONSARVM SIDVS
EOA LVX —
TERRARVM, QVAS TRANSITV REFECISTI, AMOENITAS!
DEVS VOS SERVET DELICIAE NOSTRAE!
INTRATE IN VRBEM HANC,
CVJVS, QVOD VESTRA SIT, GLORIA EST.
SI VOS SALVI ESTIS, SI VOBIS PLACEMVS;
BENE HABET PVBLICA, BENE PRIVATA RES.
CETERA CVRAE SINT SVMMO NVMINI,
FATORVM MODERATORI.

Statuarum ſignificationes haud fuerunt deſiderata.

Idea feriundi in Saxonia Numiſmatis pro eorundem ſolemnium memoria.

AMor ſtans tenet duas nuptiales tedas, cui ſunt affixa, Inſignia Elect. Sax. & Auſtriaca, conjugali vinculo ſic colligata, ut Amoris dextra non Saxonicæ ſo-
lum

lum Teſſeræ Trabes, ſed Auſtriacam ſimul Rutæ ſalutife corona tegat, junctasque uniat. Innuendo : Se remot, quæ affinitatum vincula ruperant, impedimentis, utrat- que gentem felici concordia ſociaſſe. Novitatis & bo ominis cauſa, Amor alis privatur.

Infra Proſpectus Dresdæ.

Inſcr.

RENOVATA CONJVGII VINCVLA.

Subſcr.

MATRIMON. FRID. AVG. R. POL. ET. EL. S. P.
AC MAR. JOS. AVSTR.
MDCCXIX.

APPA


POMPAE FVNEBRES
ET EPITAPHIA.

APPARATVS FVNEBRIS,

QVEM

JOSEPHI.

GLORIOSISS. MEMORIAE.

ROMANORVM

IMPERATORIS

SOLENNIBVS EXEQVIIS ET SVPREMI DIEI CELEBRITATI IN BASILICA AVGVSTINIANORVM AVLICA

Menſe Jun. An. MDCCXI. ritè peragendis

FIERI JVSSIT

AVGVSTA VIDVA REGENS

ELEONORA MAGDALENA THERESIA, &c. &c.

FILIIS HEROIBVS

DIGNISSIMA MATER.

Moderante Molis ſtructuram Dom. Joan. Bernardo Fiſchers ab Erlachen S. C. M. primo Ædificiorum Inſpectore.

SI de Summo Numine digniùs loquuntur, qui timidè pauca dicunt; Et Regum Heroum, qui ejus in terris vices geſſerunt, laudes ſi pariter ſunt verecundo ſtilo celebrandæ: Supervacuum erit, excuſare ſimplex dicendi genus, præſertim apud eos, quos non externus apparatus, ſed tanti Principis memoria capit. Cùm ceteroquin major ſit Optimi Imperatoris gloria, quàm ut ingenii verborúmve arte vel illuſtrari, vel inopia poſſit obfuſcari.

Et operis itaque & narrationis initium pari brevitate faciam ab eo, quod oculis ſe primùm objicit. Sunt quatuor pilæ majores Gothicæ, mediam quæ Baſilicæ Navim occupantes in uſum fuerunt vertendæ, ne, ut olìm, neglectæ auguſtam molem arctiore ſpatio coërcerent, vel oculos offenderent. Conſilium dedit locus ipſe: Ut iſtæ pilæ in quatuor columnas funereas Ordinis Dorici, qui Heroum eſt, redigerentur; & 50. pedum altitudine Coloſſicas imitarentur Columnas Hiſtoricas, qualis Trajana & Antoniniana; utræque ſuis ruderibus ſuperſtites. Ad earum exemplum inſtar cochleæ obliquo circuitu imagines rerum geſtarum mentiuntur opus Anaglypticum ære Corinthiaco fuſum. Lineæ, quæ ſimulacra terminant, albis cereis ſunt notatæ, ut lumen præbeant & lugubrem ſimul ornatum.

Capitellum ea in parte, quæ Hypotrachelium dicitur, loco Roſarum, reddunt funereum facies cadaveroſæ coronatæ & alatæ.

Columnarum ſumma coronantur Trophæis, indicantibus ſimplici titulo geſta, quibus quælibet columna dicatur. Ita in faſtigio primæ columnæ, expeditiones in Hiſpania referentis, inter reliqua arma ſcutum inſignitur titulo:

OB HISPANIAM ASSERTAM.

In ſecunda Columna, quæ bellum Gallicum exhibet:

OB GALLIAM TRIVMPHATAM.

In tertia, quæ ſiſtit geſta in Italia:

OB ITALIAM LIBERATAM.

In

In quarta, quæ loquitur bello parta in Belgio:

OB BELGIVM RESTITVTVM.

Intra quatuor has columnas è medio ſummi laquearis pendent ingentia toralia pullata aureis diſtincta flammis, quippe quas AuſtriacaSereniſſima Gens cum flammis in Torque Aurei Velleris ſibi proprias vendicat. Poſtquam modum hunc flammis fundos conſpergendi jam induxerunt numiſmata Philippi Boni, qui Ordinis auctor, & Caroli Audacis, qui ejuſdem ſtator fuit. Ipſorum toralium quatuor pendentia vela 60. pedibus longiora panduntur ſuſtinenturque ultra columnas volitantibus Signis, deinde ſuo loco explicandis. Tectum, ex quo defluunt vela, quadratum eſt & 64. pedum ambitum faſciolis, lemniſcis, glandibuſque aureis ornatum comprehendit. Ejus ſummum apicem inſigniunt Corona Imperialis,quatuor verò angulos junctæ averſis faciebus aquilæ. Vicina huic faſtigio, & reliqua ſupereminens GLORIA capite radiato (ut Claritas in nummis Conſtantis) tenet dextra Coronam ſtellis fulgentem, qua immortalitas deſignatur; ſiniſtra accipit ſcutum à VICTORIA lauream oſtendente, nec non à VIRTUTE galeata & gerente Parazonium. Sicut utramque ſiſtunt nummi antiqui. Scutum continet brevem Dedicationem:

DIVO.
IMP. CAES.
JOSEPHO. I.
PIO. FELICI. AUG.
VICTORI. PERPETUO.

In regione inferiori *Chriſtianæ* (quibus ad Deum properantem è terris diſceſſum pius Imperator maximè nobilitavit) *virtutes*,libero pariter aëre ſuſpenſæ, contexendo occupantur ſerto cupreſſco,quod 60. pedes circuitu emetitur, quod-

que (affirmante Lucano) *non plebejos luctus teſtatur*. Sun
iſtæ virtutes.

1. AMOR DIVINUS, cum flamma in fronte & pectore
2. SPES cum haſta, Chriſti Monogrammate notata, & infr
conterente ſerpentem; prout in numis Conſtantini M. anco
ræ ſpeciem præ ſe fert.
3. SUBMISSIO ſingularis, reſignans fortunæ dona manu
orbem dedignata removet.
4. PATIENTIA cum Cruce.
5 FIDES tecta facie cum Calice & Hoſtia incruenta, Sa-
cramenti Symbolis.

Surgit tandem ipſe Rogus. In cujus culmine ſplendent Im-
perij, Regnorumque Hungariæ & Bohemiæ Coronæ cum
Cruce ſupra feretrum, quod tegit niger auro intextus tape
funebris; quodque ſuſtinet ingens Urna Porphyreticæ ſimilis
cujus ornamenta inaurata Teſſeram Imperii exhibent.

In baſi urnæ adſtant quatuor PRAEFICAE, habitu geſtu-
que ad luctum compoſito, tenentes una manu tedam, alte-
ra defluentis tapetis extrema.

In eadem rogi parte ſex circùm aſſidentes matronæ co-
ronatæ, habitu luctuoſo ſqualentes, & mœrore diverſo exagi-
tatæ repræſentant:

1. IMPERIUM ROMANUM capite velato gerens Coro-
nam Imperii. Ad latus Aquila Romana triſtis urnam reſpicit.
2 REGNUM HUNGARIAE capite Hungaricam Coro-
nam, manu argenteam Crucem bis immiſſam tenet.
3. REGNUM BOHEMIAE capite coronam, manu Pile-
um Electoralem ſuſtinens. Ad pedes leo bifurcatus argente-
us aureo coronatus diademate afflictatum caput versùs ur-
nam attollit.
4. DALMATIAE REGNUM coronatum, cum ſuo Inſigni
in Scuto ob luctum inverſo.
5. CROATIAE REGNUM coronatum, & cinctum faſcia
teſſelata rubea argenteaque.

6. SCLA-

6. SCLAVONIAE REGNUM coronatum, manu ſuum demittens acinacem,quatuor inſuper in ſinu ſervans coronas ob BOSNIAE, DACIAE. SERVIAE, BULGARIAEqúe REGNA.

In parte Rogi inferiore occupant primam ſubſtructionem eadem ſecuritate, & pari mœſtitia ſedentes quinque Provinciæ, quarum Teſſeræ præ ceteris ſolent circumponi Inſignibus Imperatoris,binæ in fronte, duæ ex utroque latere, una in averſo latere, ut:

1. ARCHIDUCATUS AUSTRIAE inſignis PileoArchiducali, habens ad latus teſſeram inverſam.
2. BURGUNDIA.
3. STYRIA.
4. CARINTHIA.

Quarum quæque ſuis eſt Inſignibus & Ducali Pileò agnoſcenda.

5. Principalis COMITATUS TYROLENSIS cum Corona Comitum & ſuis Inſignibus in parte poſtrema averſa.

Oppoſitum huic in parte anteriori locum occupat VERITAS, quæ globo inſidens, & larvas floreſq́; fucatæ laudis calcans, ſiniſtra ſolem gerit; dextra in fronte Cippi (quem Termini quatuor mortis cadavera referentes ſuſtinent) ſcribit ſequentia:

ADESTOTE. QVIDQVID. GENTIVM. ORBIS.
CHRISTIANVS. CONTINET.
SVRREMO. OFFICIO. PERSOLVENDO.
RECTORI. VESTRO.
JOSEPHO. I. IMP. ROM. GERM.
CVJVS. ADMIRABILES. CORPORIS.
ANIMIQ. DOTES.
QVANTVM. VOTIS. EXPETERE. LICET.
PER. OMNEM. VITAM.
PROMISERVNT.
FEFELLIT. SPEM. NATVRA.
DVM. IN VEGETAE. AETATIS. FLORE.
VOBIS. ERIPVIT. EVROPAE.
DECVS. ET. PRAESIDIVM.
NON. FEFELLIT. VIRTVS.
QVAE. BIS. CORONATAM. PVBERTATEM. MATVRAVIT.
MATVRATAE. AETATIS. BREVITATEM.
RERVM. GESTARVM. MAGNITVDI-
NE, ET. NVMERO. COM-
PENSAVIT.
NEC. FALLIT.
AVSTRIACI. IMPERII. AETERNITAS.
QVAE. CVM. VICTORIARVM. HEREDITATE.
LEOPOLDI. ET. JOSEPHI. INFECTA.
VIRTVTI. CAROLINAE.
TRADIDIT. CONFICIENDA.

Ejusdem Cippi dextrum latus Symbolô Heroicô indicat natale Cæſaris aſtrum, *Leonem.* Cujus (ſi quadrupedum regem intelligas fervori naturali; (ſi Zodiaci ſignum) ſolari ardori convenit Lemma:

IGNEVS

IGNEVS EST ILLI VIGOR. Virg.

Infrà :

CONCESSVS VOTIS ORBIS CHRISTIANI.

XXVI. Jul. M.DC.LXXIIX.

Siniſtrum latus Symbolô Morali refert Cæſaris obitum. Apparet Templum Pacis, ſive Jani, cujus nondum clauſas ad portas ſedet mors, cum Lemmate:

VENTVM ERAT AD LIMEN. Virg.

Infrà :

COELO REDDITVS XVII. Apr. Anno M. DCC. XI.

In latere poſtremo ſupremum diem deſcribunt hæc verba:

CVM. IMMINERET. FATALIS. MORBVS. OCTIDVVS. OPTIMVS. PRINCEPS. COGITATIONE. STATIM. A. PERITVRIS. AD. DEVM. REVOCATA. VITAE. (SI. ANNOS. NVMERES.) BREVIS. (SI. TRIVMPHOS) LONGAE. FINEM. CORONAVIT. INEXPERTA PHILOSOPHIS SVMMAE. FORTVNAE. RESIGNATIONE. ET. HEROE. CHRISTIANO. DIGNISSIMA. CONSTANTIA.

POSVIT. VICTORIIS. POSVIT. PROVIDENTIAE. ET. BENEFICIIS. MODVM. FATI. SEVERA. LEX. AT. TERMINOS. NESCIT. PRAEFIGERE. VEL. FAMAE. VEL. IPSIS. VICTORIARVM. BENEFICIORVMQVE. FRVCTIBVS. QVEIS. VENTVRA. AETAS. GAVDEBIT.

VIXIT. ANNOS. XXXII. MENSES. VIII. DIES. XXI.

Reliquam partem infimam Stereobatæ, Porphyreticum marmor imitantis, varii gradus diſtinguunt, micantes funalibus, quæ feruntur argenteis candelabris.

Urnulæ ardentes, fumantésve, ſuis ubique locis ſunt diſpoſitæ.

Extremos quatuor angulos condecorant ingentibus Stylobatis ſuperimpoſitæ grandiores Statuæ junctæ (vulgò Grouppes.) Earum eſt officium ſuis ſignificationibus geſta, virtuteſque Imperatoris exhibere, pariter & Imperii Inſignia geſtare.

Itaque primò.

SECVRITAS cubo (ob ſolidam firmitatem) inſidet, atque ad denotandam Imperii tranquillitatem bellô partam, caput reclinans in ſiniſtrum brachium, quod ſcuto fulcitur, (prout Othonis nummi eam exhibent) genu fert impoſitum pulvinari DIADEMA IMPERII. Adſtat LIBERTAS tenens haſtam antiquo libertatis pileo tectam. Ad pedes jacent concordiæ faſces.

In minori Stylobata, quæ Baſis loco eſt, ipſum hoc diadema bis ex utroque latere conſpicuo Symbolum facit.

1. Corona Imperialis lauro redimita cum Lemmate: CLARA IN LVCE REFVLGET. Virg.

2. Corōna radiata & ſtellata cum Lemmate: PRAESTAT NON PERITVRA CADVCIS.

In majoribus Stylobatæ duabus areis legitur.

I. GLO-

I.

GLORIAE ROMANORVM
JOSEPHO I. IMP.
CVI IMPERIVM
SERVATAM MAJESTATEM,
RELIGIONEM ET JVSTITIAM
INTEMERATAS,
FINIVM SECVRITATEM ET ARMORVM
GLORIAM AVCTAS,
NVNQVAM NON IN ACCEPTIS FERET.

II.

PIETATI AVGVSTI
PATRIS PATRIAE,
QVI PROVINCIIS SALVTEM FIRMATAM,
SOCIIS JVSTVM TVTAMENTVM,
EVROPAE LIBERTATEM MVNITAM,
OMNIBVS PVBLICAS ET PRIVATAS
LACRIMAS,
POSTERIS EXEMPLVM,
SIBI LAVDES PERENNES,
RELIQVIT.

Ex hac parte ultra Columnam volitantium imaginum, quæ cadentia vela ſuſtinent, altera exhibet ſolita ſenis alati ſpecie TEMPVS, quod Clepſydræ effluentis, alisque & corona notatæ caractere exhibet *Imperii brevitatem.*

Altera

Alterā HEROICAS RES GESTAS ſignificans geſt[illegible]
tropæum, monſtratque ſerpentem in gyrum arctiorem co[illegible]
actum, ſed laureis oneratum. Ut conſtet, hujus Imper[illegible]
Spatium non annis, ſed triumphis eſſe metiendum.

Utraque hæc ſigna ſimul ferunt nubibus ſuffultam Pyramidem lucernis ſepulcralibus ex 4. angulis coruſcantem, utpote nomen ab igne, ΠΥΡ & formam ab acuta flamma ſortientem. Ex cujus ſupremis flammis renaſcens aquila circa collum aurea, ceterùm purpurea, Phœnicem h. e. immortalitatis notam, expanſis alis deſignat, ut antiqua fert fabula. Iſtæ machinæ, ùt anguſtum templi ſpatium infra minùs impediant, nubibus & (aëre quô libratur ipſa mundi univerſitas) facilè ſuſtineri finguntur.

Secundò.

PRVDENTIA, uſitato agnoſcenda ſpeculo, dextra *Sceptrum* gerit & inſidet libris, aliiſque litterariæ ſupellectili. Adſtat PROVIDENTIA cum haſta & globo, ut nummi antiqui illam fingunt; ſed globi loco tenet *Pomum Imperii.* Hæ Divi Imperatoris ingenium perſpicaciſſimum doctrina excultum ſignificant.

Infrà iterum Symboli loco conſpicitur

1. *Sceptrum*, cum Lemmate:

CUNCTIS DOMINABITVR ORIS. Virg.

A. E. I. O. V.

2. *Imperii Pomum*, cujus circulus terminum ignorat, cum Lemmate:

IMPERIUM SINE FINE. Virg.

A. E. I. O. V.

Majores duæ in Stylobata areæ referunt duas Inſcriptiones:

I. PRO-

I

PROVIDENTIAE AVGVSTI,
QVAE MEDIA INTER ARMA
PACIS FECIT OTIA,
QVAEQUE ACERRIMI INGENII CELERITATE,
SVPRA. MINISTRORVM. COGITATA,
SVPRA LEGATORVM EXSPECTATIONEM
FVTVRA, PRAEVIDIT UT PRAESENTIA,
PRAESENTIBUS PRAEVENIT,
UT FUTURIS,
ET PRAETERITIS ADVERSIS
NVNQVAM NON REMEDIO
SVBVENIT.

II.

FELICITATI AVGVSTI,
QVAE PRVDENTIAE ET VIRTVTIS
PERPETVA COMES,
NVNQVAM DVX,
TANTVM PEPERIT MILITIBVS
FIDVCIAE,
QVANTVM TIMORIS HOSTIBVS,
ET QVANTVM CIVIBVS AMORIS.
ADEO VT JOSEPHVS POST FATA
EXTRA ORBEM POSITVS,
PLVSQVAM ARCHIMEDEA ARTE
TERRAS HVNGARICAS
SOLA NOMINIS REVERENTIA
AD OFFICIVM CONSERVANDVM COMMOVERIT.

Secun-

Secundam hic Pyramidem igneam, quæ portant in nubibus fluctuantia Signa, ſunt: JUVENTUS floreo ſerto coronata, oſtendens faculam extinctam, ut vitæ brevitatem queratur Et femina ei opponens iterum globo inſidentem Phœnicem radiatum, qui in numismatibus Conſtantis AETERNITATEM deſignat, quaſi dictura, quòd nec vitæ brevitas obſtet immortalitati.

Tertio.

Tertium angulum ornat JVSTITIA hoſtium Spoliis inſidens; ſiniſtra libram, dextra *Gladium Imperii* geſtans. Adſtat fructus Juſtitiæ, ABUNDANTIA cum ſuo cornu Amaltheæ.

Symboli corpus eſt:

1. Gladius directus cum Lemmate;

PONDERE RECTVS.

2. Idemque lauro palmiſque redimitus, cum Lemmate:

HOS SVSCEPTVM MVNVS IN VSUS. Virg.

Inſcriptiones ſunt:

I.

VIRTVTI ET AEQVITATI AVGVSTI,
QVI VOTIS EVROPAE
INTER NASCENTIS GALLICAE AMBITIONIS
INCREMENTA DATVS,
FVTVRVS ALIQVANDO VINDEX;
IMPERII VIX ADMOTVS SPEI
DIADEMA GERERE NOLVIT,
NISI LAUREATO CAPITE
EDITOQVE PRIMO VIRTVTIS SPECIMINE

AD

AD LANDAVIAM BIS CAPTAM.
VT GERMANIA
EUM ANTE VICTOREM,
QUAM IMPERATOREM SALUTARET.
TANDEM IMPERIVM
PRIMO EDICTO
PRO JVSTITIAE SANCTITATE
AVSPICATVS EST.

II.

VICTORIIS AVGUSTI
HISPANICI GALLICI ITALICI
BELGICI BAVARICI PANNONICI,
QVI GALLICAE MONARCHIAE MOLEM,
SAECULI OPVS,
INTRA VI. ANNORVM SPATIVM CONCVSSIT.
SI MAGNVS EST HENRICVS,
SI MAGNVS LVDOVICVS;
QVID POSTERITAS DE JOSEPHO?
CVI DIVINITVS DATVM FVIT,
FORTVNAM
PERTINACITER OBSEQVENTEM SISTERE
ET MAJORES VLCISCI.

Tertiam Pyramidem igneam ſuſtinent in nubibus MARS & FELICITAS, cui ab illo, frequens in nummis antiquis felicitatis nota, Caduceus porrigitur. Ut appareat, virtuti felicitatem deberi.

Quartò.

Ultimum angulum abſolvit CLEMENTIA, quam utut Sereniſſ. Genti Auſtriacæ innatam, ſibi tamen propriam vendicavit optimus Princeps. Illa fingitur benignè excipere ſupplicem, una manu tenens *Torquem cum Inſigni Aurei Velleris*, altera Symbolum LIBERALITATIS, in numis frequentem *Teſſeram Frumentariam*. Adjacet Cornu copiæ effundens omnis generis coronas, monilia, theſauros.

Symboli loco

1. Idem Torques, cum Lemmate:

PRETIVM VICTORIBVS. Virg.

2. Aureum Vellus ſub ſigno Arietis inter ſidera relatum, cum Lemmate:

MVTATO VELLERE SPLENDET.

Duæ Inſcriptiones inferiores ſunt:

I.

CLEMENTIAE AVGVSTI,
TAM BONITATE, QVAM FELICITATE,
ALTERIVS TRAJANI.
QVI, SICVT IN TERRIS
IMPERATORIO FASTIGIO
NIHIL SVBLIMIVS INVENERAT,
PRAETER MAGNVM SVVM ANIMVM;
ITA
SOLAM BENEFACIENDI FACVLTATEM
HVIC PAREM,

RELI-

RELIQVA POTENTIA SVPERIOREM
HABVIT.
AH! SI NON PERDERETVR DIES,
NISI BENEFICIORVM EXPERS;
CERTE NONDVM JOSEPHVS,
VT TITVS,
DIEM OBIISSET.

II.

LIBERALITATI AVGVSTI,
QVI MAGNIFICENTIAE POMPAM
POSVIT IN LARGITIONIBVS.
VT MAGNVM SE,
NON TAM VIDERET POPVLVS,
QVAM SENTIRET.
IMO ETIAM VT VIDERET,
QVOTIES HAVD DEMISSA MAJESTATE
INCREDIBILIS AFFABILITAS,
TOT LINGVIS DISERTE LOQVENS,
AD SVPPLICES SE DEMISIT,
AVT IPSO SERENAE FRONTIS
ELOQVENTE SILENTIO
SVBLEVAVIT.

Ultimam igneam Pyramidem tollunt ex una parte MORS, urnulam oſtendens, quaſi receptaculum ejus, quod

de magno Imperatore ſupereſt; ex altera AMOR cor ar
dens elevat, ut verum ejus tumulum.

Volitantium Signorum ſuis quodque coloribus nitet
at reliquæ marmori adhærentes Statuæ æs inauratum refe
runt.

Supereſt *Sacelli Lauretani facies*; In qua directè oppo
ſita (ne vacuam illam ornatu conjectus oculorum dete
geret) dignum reliqua pompa proſpectum aperire placuit
Itaque quatuor columnis Ordine Corinthiaco diſpoſiti
Mauſolæum exſtructum eſt, cujus omnis ornatus argen
to nitet, ut reliqua auro fulgent. Frontiſpicij ſumma augu
ſtiora faciunt delapſæ nubes, in quibus bigatæ Aquilæ
ſaniore quàm in antiquis Conſecrationibus, ſignificatione
curru triumphali ſublimem vehunt *Joſephum Imperatorem*
immortali gloria ovantem. Frontatis utrinque lapidibus i
angulum coëuntibus incumbunt duo ſigna trophæis ſu
derbientia. Ipſum frontiſpicii tympanum monogrammat
Imperatorio ornatum. E medio inter columnas arcu, quem
velum funereum tegit; erumpit FAMA; in cujus buccina
rum labaro legitur antiqua acclamatio triumphalis: IO
TRIVMPHE! In Zophoro:

SIC JVVAT IRE SVB VMBRAS. Virg

Poſtremò fatigatum Lectorem dimittimus brevi Stereo
batæ inſcripta ſententia:

SICVT TER MORIVNTVR ILLI,
QVORVM VITAM INERTIA SEPVLTAM
MORS OBRVIT,
MORTEM OBLIVIO;
ITA TER VIVVNT BEATI,
QVOS GLORIA ET FELIX AETERNITAS,
NON VIVERE, SED MORI
VETANT.

Reli

Reliquam funebrem pompam facit ornatus, quo circumcirca panni pullati virgatique aureis Lemniſcis in varias licas eleganter, pro adituum ad aras diverſitate, contracti, ıſuper faſciis aureis, inſtrumentis funebribus, Symbolisue & cereis condecorati integram Baſilicæ faciem imıutarunt. Et ita quidem, ut nec diverſa interioris chori x utroque latere ſtructura ſymmetriam, nec ſymmetria)ratorium Imperiale impediverit. Quare duplicatus Symolorum inter arcus diſpoſitorum numerus in Choro inteori, & extra Chorum viginti imaginibus Symbolicis & Alleoricis conſtat. Indicant illæ præcipuas quaſdam res geſtas in :utis, quæ palmarum frondibus, at ſimul etiam variis inrumentis vaneſcentia hujus vitæ bona loquentibus, nec on cereis ornantur. Lemma ipſi Scuto inhæret; Titulus ero facti, quod repræſentatur, infra cereos in imo legiır, numiſmaticæ inſtar ſubſcriptionis. Ita quoniam eaılem diem Rogus indicat in prima Tabula:

I. *Infrà.*

REX HVNGARIAE SALVTATVS.
IX. Dec. M.DC. LXXXVII.

ı Scuto pro Symbolo morali conſpicitur Corona Hung. ım Sceptro & acinace. Lemma.

PATER IPSE SVO JAM SIGNAT HONORE. Virg.

Infrà. PRINCEPS JVVENTVTIS ELECTVS ET CORONATVS REX ROMANORVM XXVI. Jan. M. DC. XC

ıScuto: Inſignia Regis Romanorum. Lemma iterum, utpote in Imagine Hiſtorica, ſenſum habet integrum:

HOS PRIMOS ATTOLLERE FASCES, REGIBVS OMEN. Virg.

Infrà. FELIX CVM WILHELMINA AMALIA DVCE HANNOV. CONJVGIVM XXIV. Febr. M. DC. XCIX.

In Scuto : Imperator à Marte & Hymenæo faces accepta jungit. Tædam Hymenæi notat Teſſera Luneb. Lemma Symboli Moralis:

JVNGIT VTRAMQVE.

4. *Infrà.* VICTORIA PRIMIGENIA BIS LANDAVIAM EXPVGNANS M. DCC. II. ITERVM. M.DCC.IV.

In Scuto. Victoria genibus Imperatoris advoluta offert duas coronas murales. Lemma Symboli Moralis:

ASPIRAT PRIMA LABORI. Virg.

5. *Infrà.* IMPERII GVBERNACVLVM SVSCEPTVM. V Maji. M. DCC. V.

In Scuto: Symbolum Heroicum: Orbis illuſtratus oriente ſereno ſole, ſponſore lucis meridianæ. Lemma:

SPONDET TANTAM MERIDIEM.

6. *Infrà.* GALLIA CISALPINA SVPERATA. GALLI AD CASSANVM FVGATI. XVI. Aug. M. DCC. V.

In Scuto : Circa Alpium juga tempeſtas fulgure coruſcans. Infrà, cæſi hoſtes cum Lemmate Symboli Moralis, & Hiſtorici.

INSOLITIS TREMVERVNT MOTIBVS. Alpes. Virg.

7. *Infrà.* FRETO HERCVLEO, ET BARCELONA SOCIORVM CLASSE VINDICATIS. M. DCC. V.

In Scuto: Imago Hiſtorica, Claſſis Fœderatorum in portu Barcelonæ. Imaginis Inſcriptio:

CLASSIS SOCIIQVE RECEPTI. Virg.

8. *Infrà.* OBSESSI E BARCELONA ERVMPENTES, GALLOS FVNDVNT. XII. Maji. M. DCC. VI.

In Scuto : Symbolum Heroicum cum Imagine Hiſtorica. Nimirum, Ecclipſis, quæ, ut non à naturali ſole, ita nec ab Allegorico Galliæ ſidere declinanda, Gallis infrà fugientibus cladem portendit. Lemma Symboli:

NEQVI-

NEQVIQVAM FATA FVGIS

9. *Infrà.* GALLORVM STRAGES RAMELIANA. XXIII. Maji. M. DCC. VI.

In Scuto : Imago Hiſtorica pugnæ Fœderatos inter & Gallos ad Ramelies. Inſcriptio :

QVIS CLADEM, QVIS FVNERA FANDO ?
Virg.

10. *Infrà.* TAVRINVM LIBERATVM GALLORVM CLADE. VII. Sept. M. DCC. VI.

In Scuto : Symbolum Morale & Hiſtoricum ? Aquila Romana in cœlo turbido fulmen vibrans in fugientes ad proſpectum Auguſtæ Taurinorum, cum Lemmate;

FVRENTIBVS AVSTRIS INCIDIT. Virg.

11. *Infrà.* BRVXELLIS, MECLINIA, LOVANIO, ANTVERPIA, GANDAVO, BRVGIS, OSTENDA, TENEREMONDA, ALDENARDO, ATHO ET MENINO, UNA EXPEDITIONE CAPTIS. M. DCC. VI.

In Scuto : Fingitur navis roſtro ferrato in portum catenâ munitum irrumpens, ſicut olim in Bello Sacro navis Batava portum Damiatæ aperuit. Antenna XI. redimita eſt coronis. Lemma;

RVMPVNT ADITVS, LOCA MILITE COMPLENT. Virg.

12 *Infrà.* GALLIS ITALIA TRANSPADANA PVLSIS, M. DCC. VII. M. Mart.

In Scuto : Caſtra igni victori cedentia, cum Lemmate:

VICTOR REGNAT. Virg.

13 *Infrà.* REGNO NEAPOLITANO OCCVPATO, OMNIS ITALIA PACATA. M.DCC. VII. M. Jul. Aug. & Sept.

In Scuto. Halcyones in ſcopulis nidificantes ſedatis fluctibu:
Cum Lemmate:

OMNIA TVTA. Virg.

14. *Infrà.* VICTORIA ALDENARDENSIS M. DCC. VIII.

In Scuto: Imago Hiſtorica fugæ Gallorum prope Aldenar dum deficiente die, qui eos victoribus eripuit Inſcriptio:

DEFENSI TENEBRIS ET DONO NOCTIS OPACAE. Virg

15. *Infrà.* REGNO SARDINIAE, ET MINORICA INSVLA IN POTESTATEM REDACTIS M. DCC. VIII.

In Scuto: Proſpectus duarum Inſularum, & claſſis fugientis Supra quas aquila propellit aves aquaticas. Lemma LITOREAS AGITABAT AVES. Virg.

16 *Infrà.* SCALDI TRAJECTO, BRUXELLIS LIBERATIS, GANDAVO ET BRUGIS RECEPTIS, INSVLIS CVM ARCE EXPVGNATIS ET QVINQVE INSVPER MVNIMENTIS IN SABAVDIA VNO ANNO RECVPERATIS M. DCC VIII.

In Scuto. Symbolum Heroicum, Auſter trium Liliorum caulem agitans & flectens. Lemma:

GRANDIA * QVASSANS. Virg. * *Virg. Lilia.*

17. *Infrà.* TORNACVM CVM ARCE SVBACTVM XXVIII. Jul. & III. Sept. M. DCC. IX.

In Scuto: Propter cuniculorum & ignis pericula, Hercules, qui Cacum flammas vomentem comprimit. In longinquo Tornacum exploſis tormentis lucens. Lemma Symboli Allegorici.

INCENDIA VANA VOMENTEM CORRIPIT. Virg.

18. *Infrà.* CASTRIS INACCESSIS EXPVGNATIS OBSESSVS HOSTIS CRVENTO PROELIO VICTVS PROPE

MON-

MONTES VRBEM, VICTORIAE PRAEMIVM.
M. DCC. IX.

In Scuto : Caſtri Gallici expugnatio, & hoſtium acies profligata. Inſcriptio Imaginis Hiſtoricæ:

TEVTONICO RITV SOLITI TORQVERE CATEIAS. Virg.

19. *Infrà.* GALLO - HISPANI VNA EXPEDITIONE TRIBVS PRAELIIS VICTI AD ALMENARAM 27. Jul. AD SARAGOSSAM 20. Aug. AD CIFVENTES 10. Dec.
M. DCC. X.

In Scuto : Morali Symbolô ſiſtitur Juſtitia dextra dans Victoriæ pedibus etiam alatæ & fratrem Carolum coronanti tres laureas. Lemma:

DEDIT GENTES FRAENARE SVPERBAS. Virg.

20. *Infrà.* DVACVM CVM ARCE, BETHVNAS, FANVM S. VENANTII, ET ARIAM IN CONSPECTV GALLICI EXERCITVS VNA EXPEDITIO SVBEGIT.
M. DCC. X.

In Scuto : Milites quatuor Hermas, ſive terminos evellentes in conſpectu fugientium.
Lemma:

MEDIVM IN PENETRALIBVS HOSTEM!

Inſignia Regnorum, ingentium aquilarum pectoribus affixorum, alioſque ſimplices ornatus ferendis cereis deſtinatos; Imò etiam reliquum antiquo more in funere Imperatorio Aris adhibitum apparatum funebrem recenſere ſuperſedeo. Ne oſtentandæ quam recenſendæ & explicandæ pompæ operam magis dediſſe videar.

BENDERAM AD REGEM SUECIAE CUM MAUSOLAEUM

DIVI MP. JOS. I.

Demiſſiſſimè offerretur.

SERENISSIME & POTENTISSIME REX,

DOMINE CLEMENTISSIME,

S*Acræ Regiæ Majeſtati Tuæ* occupatæ gerendis rebus incredibilibus, quæ univerſum orbem attonitum ſuſpenſumque tenent, audeo tandem præſentes paginas ſupplex offerre, ego patriis aris excluſus, neque tamen ad peregrinitatem redactus, ſed Germaniæ, quæ patrem genuit, redditus. Excuſat me tanti Principis, cujus memoriæ ſunt dicatæ, Majeſtas, communi Regibus ſanctitate omnes defectus ſupplens. Excitat *R^æ^. Tuæ Majeſtatis* non togata minùs, quàm ſagata virtus, quæ litteras inter arma deſpicatas non habet. Solatur *R^æ^. Tuæ Majeſtatis* clementia, quæ ſubjectis olim erga ſolum nata-

natale conſervantibus pietatis officium, nulli minùs quàm Suecorum nationi temerandum, foris non recuſat tutelam, quam domi fata denegant. Confirmat ipſa *R^æ. Tuæ Majeſtatis* religio, quæ imperium non extendit ad mentium conſcientias, ſed idoneam potiùs ſe reddit ſecernendis à caſto ſanctiſſimi Numinis cultu humanis erroribus & litibus, quibus æternæ quidem & immutabili de Deo patrum noſtrorum veritati nihil poteſt detrahi; quibus tamen Chriſtianæ doctrinæ ſanctimonia multùm fœdatur. Quodſi more inſtitutoque eorum, qui magnos Principes ad audiendum parare conantur, quidquam de *R. Tuæ Majeſtatis* geſtis hic adjicere auderem; Poſtquam duorum patriam vix poſitâ prætextâ relinquentium CAROLORVM inuſitata morum continentia, & virtus excelſior, quò magis adverſis exercita, novi ſæculi auſpicia ad omnem memoriam nobilitarunt. Agerem non modò actum jam ore gentium, & agendum omnis ætatis annalibus; ſed etiam graviter committerem in ſeveram illam *R. Tuæ Majeſtatis* modeſtiam, quæ in hoc ſolùm videtur velle hominum imperare animis, ut quod ſenti-

unt, non dicant. Siquidem gloriæ proprium eſt, ut virtuti debita prohiberi nequeat, utque fugientes tantùm inſequatur, quantùm inanes ambitus fugit.

At verò quomodo ei, vel magis liberæ, licebit tandem dignè inſequi, ubi ad laudandum Heroëm, Majorum exempla ſupergreſſum, nulla ſufficit eloquentia. Meum eſt, venerabundum amplectendo ſilentium apud *R^{uv}. Tuam Majeſt.* demisſiſſimo obſequiô temeritatis veniam deprecari, Deumque orare, ut Te, populi Tui & Guſtavianæ Gentis Sidus, tot inter rerum diſcrimina incolumem ſervet, quò poſſis aliquando belli decora eâdem pacis felicitate, qua es imperium auſpicatus, cohoneſtare.

Vindobonæ. Anno 1711.

PYRA



Facies Rogi Imp. ſecundum Archetypum editum a Dno. Io. Bern. Fiſchers ab Erlachen S. C. M. Primo Architecto.

PYRA
EXEQVIALIVM SOLENNIVM
A SACRA CAES.
&
CATH. MAJESTATE
M. DCC. XII. DERECTA
SERENISSIMAE OLIM COMITI PALATINAE
THERESIAE CATHARINAE,
NATAE LVBOMIRSCIAE PRINCIPI.

Architecto Joan. Luca Hildebrand.

HÆc c. pedum altitudinem ſuperans fert urnam Sereniſſimæ Defunctæ in faſtigio ornatam tribus ſignis, quorum duo Principalibus Inſignibus referentes *Familiam Palatinam Neoburgicam* & *Lubomirſciam*, ſcuta gentilitia jungunt vinculo, quod intermedia mors ſolvere conatur.

In regione proxima IV. Statuæ antiquiſſimo ritu Romano (cujus mentionem facit Lex XII. Tab.) ſepulcrum coronant quatuor Sertis, Ut:

1. DIG-

1. DIGNITAS Siniſtra tenens numismaticum Nobilitatis ſignum, dextra in luctus documentum ſpargit *Coronam cupreſſeam.*

2. CONIVGALIS AMOR. Una manu corda juncta tenens, altera *Coronam Myrteam*, amori ſacram duplicemque, qualem matronis dabant Romani, ut virginibus ſimplicem.

3. FORMA. Capite & manu gerens *Sertum Floreum.*

4. PIETAS. Ut, compendium virtutum, addit *Coronam radiatam* immortalem.

In Cippi fronte legitur:

HVC ADES,
RERVM HVMANARVM VICES
QVISQVIS RECTE PERPENDIS!
EN TVMVLVM
NVPTAE
SERENISSIMO COMITI PAL. RH.
CAROLO PHILIPPO
PRINCIPIS LVBOMIRSCIAE
THERESIAE CATHARINAE,
CVI
INTER TOT ANIMI, CORPORIS, ET FORTVNAE DONA
OENVS EXVLTANS ADVENTV AVGVSTI
SVPREMVM FECIT GAVDIVM.
TANTAE ENIM HILARITATI VIX SVPERSTES
DOCVMENTVM DEDIT,
QVAM SIT EXIGVVM MOMENTVM
INTER LAETITIAM ET LVCTVM.

In

In Latere oppoſito:

CONCLAMATVM EST!
I LICET SPECTATOR,
ET BENE PRECARE MANIBVS OPTIMAE PRINCIPIS,
QVAE
A MAJORIBVS, REGIA JAGELLONIDVM STIRPE EDITIS,
ACCEPTAS NATALITIAS FACES
AVGVSTIS TAEDIS DECORAVIT;
AVIS, PRO ACCEPTA MORTALI VITA,
REDDENS PERENNEM GLORIAM.
DOCET TE EJVS CHRISTIANA MORS VIVERE,
DOCET MEMORIA VIVENS MORI.
EXPLEVIT BREVIS VITAE ANNOS XXXII,
FELICIS CONJVGII VIII.

Natalem exhibet Symboli loco ipſa *Ducalis Teſſera Oſtrogica*, quæ Maternum à Jagellone ducit, *Stella inter duas dimidiatas Lunas* novam & decreſcentem indicans, hoc ſidus a vitæ ortu ad obitum uſque nihil perdidiſſe ſplendoris. Lemma:

MICAT OCCASVM INTER ET ORTVM.

Infra:

NATA MDCLXXXIII. JOSEPHO CAROLO PRINCIPE LVBOMIRSCIO
ET ANNA DVCE OSTROGÆ REGIA STIRPE JAGELL.

2. Fatalem diem oſtendit Lubomirſciæ Teſſeræ *Tranſverſum Flumen*, quod *Druſam* dicunt, qui hanc Gentem à Druſo derivant, Lemma:

LABITVR, NON DEFLVIT.

Infra:

NOVENDIALI MORBO EXSTINCTA, M.DCC.XII.
D. VII. JAN.

Qua-

Quatuor inferioris Baſis angulos occupant IV. ſedentes præficæ gerentes tædas funebres, quibus affixa ſunt Inſignia Gentilitia Morali ſignificatione animata:

1. Leo Palatinus Erectus. Lemma:

NON CEDIT NISI FATO.

2. Transverſa Druſa Lubomirscia. Lemma:

RECTA IN OBLIQVO.

3. Luna Oſtrogica. Lemma:

ALIAS SVPEREMINET.

4. Scutum Sobjeſciæ Regiæ Familiæ,

Quod cæſos vivoſque quemadmodum ornat, ita hic eſt

DECVS FVNERIS.

IDEA ROGI

Quem

S. CAES. ET CATH. MAJ.

celebrandis Exequiis

SERENISS. PR. ANTONII VLRICI, Brunſvic. & Luneb. quondam Ducis in

Baſilica Auguſtinianor.
Aulica

Die XXIV. Apr. M. DCC. XIV. exſtrui juſſit
Architecto Ferdinando Bibiena

Rogus ille tres comprehendit Subſtructiones altitudine LX. pedum.

I.

IN prima & infima compage, duos ſupra gradus poſitæ Stylobatæ diſpoſitio octo areas præbet. Quarum IV. mediæ IV. Inſcriptionibus; IV. angulares opere Anaglypticô ſignificatis factis tribuuntur. Ita

I. Media area ſiſtit in fronte Inſcriptionem ſequentem:

AD

AD EXEQVIAS PVBLICAS QVIRITES!

QVOTQVOT CAESARIS LVCTV

ET ROMANAE VIRTVTIS EXEMPLO MOVEMINI!

* LETO DATVS EST

SEREN. PR. ANTON. VLRICVS.

BRVNSVICENSIVM AC LVNEBVRGENSIVM DVX,

AETATE ET SAPIENTIA GERMANIAE NESTOR.

QVEM,

NEC INGENTIA FAMILIAE GVELPHICAE NOMINA,

NEC IMPERATORIAE REGIAEQVE IMAGINES,

NEC PROPRIA INTER IMP. ROM. PROCERES PVRPVRA,

TANTVM INSIGNIVNT,

QVANTVM TOGATAE SAGATAEQVE VIRTVTES,

QVIBVS INTEGRVM FERE SAECVLVM NOBILITAVIT;

QVANTVMQVE MAXIME EXTOLLIT

SINCERVS DE DEO PATRVM NOSTRORVM SENSVS;

NVLLIVS FORTVNAE SPE EXCITATVS;

QVAN-

* Formula antiqua in funere indicendo.

QVANTVM DENIQVE ERGA CAESAREM DEVOTVS AMOR;

CVJVS VT CARIVS NON POTVIT PIGNVS RELIN-(QVERE

QVAM IN NEPTE

ELISABETHA AVGVSTA PATRIAE MATRE;

ITA AVGVSTISSIMVS & INVICTISSIMVS

IMP. CAROLVS VI. REX CATH. & APOST. &c.

PRO TANTAE NECESSITVDINIS VINCVLO IVSTA OPTIMO PRINCIPI SOLVENDA INDIXIT

1ma. *Angularis area repræſentat uno ſoliô ſedentes Fratres communi auctoritate & conſilio regiminis gubernaculo admotos. Epigraphe:*

CONCORDIA FRATRVM.

2da. *Media exhibet bellô geſta, Inſcript. ſequ.:*

IS VIRTVTI PROPRIVS INERAT SPLENDOR;
VT PRINCIPALE SOLIVM
NON A NASCENDI ORDINE EXSPECTARET,
VERVM PER FRATRIS OPTIONEM
VLTRO MERITIS DEFERRET.
PRVDENTISS. RVDOLPHI PIETATEM
NON TAM IN FRATREM, QVAM IN PATRIAM,
PROBAVIT INVSITATA IMPERANTIVM CONCOR-(DIA,

 SVPRA

SVPRA AVRELII ET VERI EXEMPLVM POSITA;
QVIPPE NON VNIVS,
SED VTRIVSQVE SAPIENTIAE DEBITA.
IN ILLO FASTIGIO,
QVO DIGNVS ANTEQVAM IMPERARET,
DIGNIOR POSTQVAM IMPERASSET, VISVS EST,
SOCIIS ARMIS
DEDITIONEM INVICTAE MAJORIBVS BRVNSVIGAE
NEC NON HOSTIVM IMPERII PROPVLSATIONEM
TOTIES PROMOVIT.
STATIM GERMANIAE IN OPPVGNATIONE PHILIPS-
(BVRGI,
PRAEBITA PRIMOGENITI VICTIMA.
QVAM VERO JACTVRAM AEQVA SORS
IN AVGVSTA, CETERAQVE DIGNISSIMA PROLE
ABVNDE REPARAVIT.

2da. *Angularis : Obſidionem Brunſvigæ :*

BRVNSVIGA AD OBSEQVIVM REDVCTA
MDCLXXI.

3tia. *Media refert Acta pacis Inſcriptione ſequ. :*

NEC MINOR PACIS GLORIA.
AGNATORVM, VICINORVMVE DISCEPTATIONES
COMPONENTE SEMPER
ET A FINIBVS ARCENTE PRVDENTI JVSTITIA.
NATO INSVPER INTER FATALES BELLI TRICENNA-
LIS FACES,
EA FELICITAS CONTIGIT,
VT IISDEM PACE WESTPHAL. EXTINCTIS,
PATRIAM NON MODO RESTITVTAM SENTIRET;
ATQVE NEOMAG., & RISVIC. SERVATAM REGERET;
SED ETIAM
IMPP. FERDINANDI III. LEOPOLDI, AC JOSEPHI
PRO

PRO EVROPAE AEQVILIBRITATE, ET GERMANIAE
TVTELA CVRAS,
TOT BELLORVM, FOEDERVMQVE FRVCTVS,
ET PRIORVM PACIFICATIONVM SECVRITATEM
A MAGNO GENERO FIRMARI CERNERET.
ITA CATHOLICAM RELIGIONEM EXEMPLO,
ORBEM GESTIS,
GERMANIAM OPE & CONSILIO,
DOMVM GLORIA,
PROVINCIAS LEGIBVS ACCESSIONIBVSQVE,
POPVLVM FELICITATE,
REMP. LITERARIAM PATROCINIO, IMMO ET SCRIPTIS,
ARTES AEDIFICIIS & OMNI ELEGANTIARVM APPA-
(RATV,
ILLVSTRAVIT.
TANDEM PRAETERITI SAECVLI FELICITATES RESPI-
(CIENS
FVTVRAS PRAEVIDENS
ALTERIVS INSTAR JANI
MEDIOS INTER CADVCEATORES* DECESSIT.
ALII MODO BENE DESINANT,
BENE VIXISSE PVTANTVR.
HIC NON POTVIT GLORIOSIVS VIVERE
AN. LXXX. MENS. V. D. XXI.
NEC DIMISSVS IN PACE DIVINA HVMANAQVE
MELIVS DESINERE
M. DCC. XIV. VI. CAL. APR.

3tia. *Angularis area Sereniſſimum oſtendit ſingulari zelo, unam perpetuam & Catholicam Religionem ſub perſona Davidis, (prout in ſacrorum à ſe olim conſcriptorum Hymnorum titulo apparet) profitentem ante Aram novi fœderis. Inſcr:*

 AN-

* Jam tunc ad Pacem Brunſvic. miſſos.

ANNVNTIATA JVSTITIA IN ECCLESIA MAGNA.
Pſ. 39. 10.

4^{tæ}. *Mediæ Inſcriptio dimittit:*

ITAQVE HEROI
PIETATE, IMPERANDI ARTIBVS, AEQVITATE, MAGNO ANIMO, CLEMENTIA, EMINENTE DOCTRINA, MAGNIFICENTIA, IPSAQVE ORIS CORPORISQVE MAJESTATE INCLITO,
PERACTO CVRSV INTEGRO VITAE
NON REBVS GESTIS MINVS, QVAM ANNIS LONGAE
QVIESCENTI AD EXTREMAM METAM STADII
(IN QVO
SVAE OMNES AETATIS PRINCIPES POST SE RELIQVIT)
IMMORTALITATISQVE PRAEMIVM ADEPTO.
NON LACRIMAS,
QVISQVIS ISTA LEGIS,
SED CORONAS SPARGITO;
ATQVE VENERANDIS EXVVIIS
EANDEM REVERENTIAM HABETO,
QVAM CANORVM AUCTORITATI MORS HABVIT.
COELESTI VERO ANIMAE
CHRISTIANO RITV BENE PRECARE.
ITA TIBI
EO QVO NATVRA PERMISERIT ORDINE
SEQVENTI BENE PRECENTVR SVPERSTITES;
I LICET.
NESTORES MORIVNTVR. DISCE MORI!

4.^{ta} *Angularis area indicat Ducem togatum exſpirantem (Simeonis inſtar) in gremio Pacis, Venerabili Viaticô juxta ſe poſitô:*

VISO SALVTARI Luc. 2. V. 29..30.

II. *In*

II.

In ſecunda Subſtructione apparent Statuæ Stantes IV.

1. DVCATVS BRVNS. *notatus pileo Ducali & Clypeo Gentilitio rubro ? in quo* 2. Leones Aurei Gradientes Jugatique. *Horum ſignificationem reddit Emblematicam reſpiciens ad Fratrum communem providentiam Lemma:*

CAVTE, & CONCORDITER.

2. DVCATVS LVNEB. *Noſcendus pileo Duc. & Clyp. Gentilitio aureo cordibus conſperſo, in quo* Leo cœruleus erectus, *cujus ſignificationem facit moralem Symbolum Sereniſſ. Defuncti:*

FORTITER & CONSTANTER.

3. SENIVM *innixum ſcipioni, ſed (ad innuendum vigorem)* fronde perenni (Verbo Lucret) *h. e.. Laurô ſemper virente redimito. Jacet, ut prioribus conveniat, ad pedes Scutum, in quo Amygdalus inter nives florens. Lemm. ex Eccleſiaſt. ult. v. 5. quem docti interpretes de florente canitie interpretantur.*

NEC FRIGORA TARDANT.

4. FELICITAS cum ſolito in numis caduceo *longo; infra in Scuto:* EQVVS LVNEBVRGICVS *Deſultorio ſimilis ad ultimam Stadii metam provectus. Lemma* PLAVDITE. *Supremo Auguſti verbo ſibi de feliciter peracto vitæ ſpectaculo gratulantis.*

Media hujus ſubſtructionis ferunt in prominentibus angulis Tropæa. Ipſa angulorum latera utrinque urnis fumantibus teguntur.

Extrema, quæ in conſpectum veniunt, numiſmatica Significatione innuunt:

 1. NATI-

1 NATIVITATEM. *Per genium, qui altera manu ger Principem natum, altera tædam natalitiam admovet ar morum congeriei (belli Scil. Germanici) hujus Princip. ætate comburendæ.*

PACI NATVS MDCXXXIII. IV. Non. Oct.

2. MATRIMONIVM *per jungentes antiquo numisma tum more dextras D. Antonium Ulr. & Eliſabetham Julia nam Ducem Holſat.*

FELICI DOMVS INCREMENTO
MDCLXVI. XVI. Calend. Sept.

3. SOBOLEM SERENISS. *per Inſcriptionem in* Coro na myrtea *nuptiis (teſte Claudiano) dicata:*

PATRI LIBERORVM XIII. SVPERSTITVM VI.

4. FELICEM FINEM. *Per navem in portu. Lemn.* DVRAVIT. *Quia Sereniſſimus Defunctus ſuo ipſe numisma te per navem expanſis velis commiſſam undis hæc cogitat prodidit cum Lemm.* DVRABO : *Ad imitationem Card. Granvellani, cujus habet in numismate navis:* DVRATE *ex illo Virgilii:*

Durate & vosmet &c.

III.

Tertia Subſtructio diſtincto conjectui oculorum ſubla ta, ornatur integris Inſignibus Ducum Brunſ. & Lüneb. *& quatuor ſignis ſedentibus:*

1. ECCLESIA CATHOLICA, *quæ ſignatum Librum & Claves tenet, tantique Filii cineres condentem urnam triſtis reſpicit.*

2. CONCORDIA *faſciculo conſueto notata.*

3. VIRTVTE, *quæ habitu Romano lauream largitur.*

4. PACE, *quæ palmarum, olearumque frondibus finem coronat.*

Ipſa in faſtigio urna ordinariis decorata inſignibus, atque Monogrammate Sereniſſ. Defuncti in capite *& calce funeris fulgens, coronatur tandem ſupremo defluo velo.*

Rogus

Rogus Exſequialis
SERENISSIMI DVCIS BITVRIGVM,
Cui juſſu
SACRAE CAES. ET CATHOL. MAJESTATIS
Publica juſta Solvebantur M. DCC.XIV. D. 2. *Aug.*
Architecto Ferdinando Bibiena.

In illa majorem apparatus partem abſolventes variæ cereorum diſpoſitiones, & pro ſtatuis ardentes quinque obeliſci Liliis ſparſis inſignes, (quorum medius ſupra Urnam eminens ſupremum apicem perficiebat) duplex tantùm reliquêre ſpatium Inſcriptionibus in Baſis area anteriori & poſteriori.

In fronte legitur:

ADSTA VIATOR!
ATQVE, SI PIVS ES,
BENE PRECARE!
HODIE GALLIAE LACRIMIS MISCEMVS NOSTRAS,
UBI ILLA
VIX RESPIRANS A REGALIBVS LVCTIBVS,
ITERVM
AD PRAEMATVRVM SQVALET CINEREM
SERENISSIMI OLIM
CAROLI BITVRIGVM DVCIS,
JVVENTVTIS GALLICAE PRINCIPIS.
SILEBAT NUPER MEDIA INTER ARMA
MARS ATROX

IN CONSPECTV TOT REGIORVM FVNERVM,
ET MORTIS SE SAEVIORIS
EXEMPLVM HORREBAT.
NUNC
PACIS FELICITATEM TVRBARE NON DESINVNT
FATORVM VICES,
QVAS
DOMVS AVGVSTA CAESAREA
EO MOERET DOLORIS SENSV,
QVEM EXIGIT
NON COGNATIONIS MODO ET AMICITIAE,
SED ETIAM SANCTVM REGES INTER
COMMVNIS MAJESTATIS VINCVLVM.

In poſtremo latere:

ERGONE IN HOC PRINCIPE
(QVI INGENII VIRTVTISQVE INTERNO
NEC FNRMAE MINVS EXTFRNO SPLENDORE
VT REGIS AVI, ITA POPVLI
AMOREM PROVOCAVIT)
TOT NATVRA VIDETVR BONA PRODEGISSE,
QVO TRISTIVS ESSET, AMISISSE,
QVAM NON HABVISSE.
ERGONE REGNI INVSITATA DIVTVRNITAS,
QVAE FELICEM PROAVVM
REGEM CHRISTIANISSIMVM
RARO REGVM EXEMPLO
NEPOTIBVS ABNEPOTIBVSQVE SVPERSTITEM FE-
(CIT,
EADEM ILLVM

TOT

TOT SVORVM PRAEPROPERIS FATIS
AFFLIXIT!
NOSTRVM EST,
SINCERA PIETATE
LACRIMARVM ET BONARVM PRECVM
OFFICIVM PRAESTARE,
TANTOQVE CASV DISCERE:
NVLLAM HVMANAM SORTEM TAM ALTE LOCARI,
QVIN INCOMMODA AB IPSIS COMMODIS
SINT METVENDA.

Symbolis etiam duo fuerunt adſignata loca, quibus natalis poſtremusque dies notati ſunt. In primo Pluvia ex Via Lactea delapſa alit Lilium (ut fert Fabula) quaſi lacte Junonis, quia Sereniſſimo Defuncto Proaviam Aviamque dedit Auguſta Domus Auſtriaca. Lemma ex Virg.

COELESTIS ORIGO.

Infra:

TERRIS FATA COEPERVNT MONSTRARE
VLT. AVG. M. DC. LXXXVI.

In ſecundo

Spectaculum Pyrotechnicum undique ſimul accenſum exhibet vitæ Scenam brevem, ſed illuſtrem. Lemma:

QVO SPLENDIDIVS, BREVIVS.

Infra:

IN IPSO SPEI AETATISQVE FLORE OBIIT,
M. DCC. XIV, D. IV, Maij,

PYRA

EXSEQVIIS SER. OLIM LOTHARINGIAE DVCIS

FRANCISCI,

ADMINISTRATORIS STABVLENSIS: &c.

Deſtinata

Cujus ſequens diſpoſitio ante fuit
moræ metu excogitata, quàm conſtaret, Judiciô Celſiſſ. Princ. Antonii á Lichtenſtain, Supr. Aulæ Cæſ. Præfecti, cujus ſumma auctoritate ſtare fas eſt, id muneris delatum eſſe calamo, cui pariter omnem reverentiam debeo. Quare executioni non data, fictionis inſtar, tantùm aſſervatur,

CIrca urnæ faſtigium deſtinabantur aſſidentia ſigna, quorum ſignificationem, ut actui perſonæque propria eſſet, Hieroglyphicam reddebant ipſa Defuncti Inſignia ab iis ferenda.

Nimirùm:

Quia præſentis luctus acerbitatem augent Sereniſſ. Familiæ Lotharingicæ ter recrudeſcentia vulnera in fatis præmaturis trium Principum, FERDINANDI, JOSEPHI, FRANCISCI, magna exſpectatione genitorum.

I MOR-

I. MORTALITAS, exſiccatæ inſtar mumiæ ſudario velatæ, fati telum tenens, quo transfixi conſpiciuntur tres Pulli Aquilini, funeſta imitatione exhibet antiquiſſimum Gentis Lotharingicæ Symbolum, *Sagittam transfixis tribus alitibus oneratam*, qua fertur Gotofredus Bullionæus in obſidione Hieroſolymæ tres uno ictu aviculas feriiſſe.

Siſtitur vinculis alligata, quaſi votis impedita, ne redeat pari feſtinatione.

II SPES, more numismatum antiquorum ſiniſtra ſtolam levans dextra pro ſolito flore gerens Lilium ex avita Lotharingorum Corona Andegavenſi;

Sed inverſum in luctu.

III. RELIGIO, tenens una manu *Roſarium Lotharingicum* cum *Cruce bis immiſſa*; Alterâ *Mitram Abbatiæ Stabulenſis.*

IV. CANDIDA MORVM BENIGNITAS cum *Agno* qui *Pedum*, ſicut in Teſſera Stabulenſi, ita hic à ſtatua geſtatam infra ſuſtinet.

Aliis angulis deſtinabantur buſta, ex quorum flammis *Aquila Lotharingica* Phœnicis inſtar promineret.

Eadem iterum Emblematum loco diverſis Hieroglyphicis ſignificationibus Symbolorum Moralium potiùs quàm Heroicorum Corpus efficit.

Ita indicatur:

1. NATALIS, per Aquilam Lotharingicam in nido, qui montis culmini impoſitus. Lemma:

AD SVMMA NASCITVR.

Infar:

Infra :

OENIPONTI ANNO MDCLXXXIX.

2. ABBATIAE ADMINISTRATIO COLLATA, per Aquilam Lotharingicam, quæ collo, pro ſolita ſua cruce appenſam habet antiquam Hieroſolymitanam, qua ſuos in expeditione ſacra ſignavit Bullionæus. Lemma:

DECVS OPTAT AVITVM.

Infra :

DESIGNATVS ADMINISTRATOR ABBATIAE STABVLENSIS.

3. SPES MAJORVM DIGNITATVM, quam virtus atque Auguſti Natales ſpondebant Eccleſiæ & Reipublicæ, per eandem aquilam, quæ iterum (pro bis immiſſa cruce ordinaria,) aliam ſimplicem Abbatibus propriam gerit. Lemma:

MAJORI DESTINATA INSIGNI.

Infra :

INGENTIS SPEI PRINCEPS.

4. OBITVS, per Aquilam è Rogo, ut olim in Romanorum pompa funebri, evolantem. Lemma:

DESPICIT IMA.

Infra :

PRAEMATVRO FATO. SVBLATVS. AN. MDCCXV. D. XXVII. JVL.

Tribus infimæ ſubſtructionis lateribus tres ſimplices lapidariæ inſcriptiones fuerunt accommodatæ:

I. JVS-

I.

JVSTA FVNERIS ACERBI *
CONTRA VOTVM INDICIT
DOMESTICVS CAESARIS LVCTVS,
JVSTIOR, QVO MAGIS REPENTINVS IMPROVISVSQVE
IN EXTREMO ANTE, QVAM MEDIO DIE
FRANCISCI ANTONII
LOTHARINGIAE OLIM ET BARRI DVCIS
ADMINISTRATORIS ABBATIAE STABVLENSIS & MALM
S. R. IMP. PRINCIPIS &c.
QVI
NON VLTIMOS SENECTAE ANNOS;
SED VITAE PRIMITIAS DEO CONSECRAVIT:
VT HIS AVSPICIIS INITIARET
SECVNDAS PVBLICAE REI DESTINATAS CVRAS;
O FALLACES SPES!
SVIS ET PATRIAE, QVIBVS NATVS, PARVM VIXIT.
DVM IN ANTIQISSIMAE GENTIS
CAESARIANIS REGIISQVE TITVLIS
QVICQVID AVGVSTI,
IN ATAVORVM HEROVM EXEMPLIS
PATERNISQVE VESTIGIIS
QVICQVID EXCELSI,
IN CORPORIS ANIMIQVE DOTIBVS
QVICQVID FORTVNATI
INVENERAT,
ID OMNE
ORBI OSTENDIT ET ERIPVIT.

II. SIC

(*) Id eſt immaturi.

II.

SIC FATA, VT VT PRAEPOSTERA;
NON IMMATVRA TAMEN
TANTAE DIGNITATIS PRAESVLI;
NON TIMENDA AQVILINAE PROLI;
NON IMPROVISA JVVENI ET CHRISTIANO ET (SAPIENTI,
FELICEM * FRANCISCVM
COELO DESTINATVM
DVM TERRIS BREVIORI MIGRATIONE MON-(STRANT.
REDDVNT DESIDERABILIOREM
COGNATAE SPEI AVGVSTAE
IMP. CAESARIS CAROLI VI.,
NEC NON FRATERNAE PIETATI
REVERENDISS. SERENISSIMIQVE, TREV, ELECT.,
CAROLI JOSEPHI,
EHEV INOPINATAE MORTI CVM FAMILIA CAES.
PARENTANTIS,
ATQVE SERENISSIMI DVCIS LOTH,
LEOPOLDI JOSEPHI,
IPSO DVCENDI FVNERIS SOLATIO PRIVATI.

III.

AETAS PROPERAVIT.
DONATE COELO,
QVEM VESTRVM HABEBATIS,

AVGV-

* Jta de mortuis Romani.

AVGVSTI AGNATI,
LVCTVMQVE ILLO SOLATIO LEVATE!
QVOD
VOS SI DESERVIT,
NON ILLVM FEFELLERIT SPES
COMMVTATIONE VITAE MELIORIS,
AD QVAM RAPVIT ILLVM IMMORTALITAS
LONGE AVGVSTIOR
SPERATIS IN TERRA HONORIBVS.
OSSA BENE QVIESCANT!
TE VERO, VIATOR,
HIC DOCEAT ROGVS:
IN QVANTACVNQVE MORTALIVM SPE
NVLLVM ESSE POSITVM FIRMAMENTVM.

QVemadmodum Architectis integrum eſt, publici juris facere delineationes ædificiorum, quæ non fuerunt exſtructa; ita omni procul vitioſa æmulatione liceat mihi adumbratas privato tentamine Inſcriptiones ſequentes adjicere, & ejusmodi opuſculis coronidem imponere, antequàm eruditiori calamo has partes relinquant ac vale ultimum dicant ludentes Muſæ. Præſtat enim ad integrum aliquod opus in re numaria illas accingere.

SIGNIFICATIONES
ET
INSCRIPTIONES
TUMULI HONORARII
Sereniſſimo & Potentiſſimo olim Galliarum Regi
LUDOVICO XIV.
In juſtis Exequiarum ponendi.

COncinnæ & convenientis ubique unitatis artem, quam antiqui in repræſentandis rerum imaginibus obſervarunt, ut politum noſtrum ſæculum ſcenis, picturis, aliisquè figmentis reſtituit; ita inprimis eandem exigit in diſpoſitione pompæ funebris. Illius enim hac ætate partes ſunt.

ſunt, non funalibus modò luctum ut teſtetur, ſed ut Heroum elogia ſubtilitate veteris urbanitatis, & congruente ordine loquatur. Iſta partium convenientia, quàm difficilè obtineatur, ubi ſtructuram ſequi cogitur inventio, quisquis novit, æquior erit arbiter cogitatorum, quæ fuerunt accommodanda delineationi, de qua tantùm conſtat, quod habeat *Sacelli Ardentis* (ut dicitur) & columnis ſuffultæ formam.

Itaque intus ex ſacelli ſummo laqueari loco ſolitæ in Funere Regio umbellæ (Dais) poteſt defluere ornans Galliæ Inſignia Regius (ſic dictus) *Papilio* (le Pavillon de France), Liliis quidem aureis conſperſus; ſed in luctu pullatus. Apicem cingit clauſa Corona Regia Gallica. Ad Arcuum latera eleganter alligata deflua hæc vela ſuſtinere poſſunt volitantes *duo Angeli*, ut *Telamones Scuti Regii.* Illi congruenter ſimul ſiſtere poſſunt *caduceatores*, quaſi funus ſolemne indicentes; quippe noſtri temporis *Heraldorum* habitu inſignes. Poſſunt cum ſuis Vexillis Gallicis ſimul *palmas* tenere, ut Angeli æternam in Cœlo, ut Caduceatores humanam in terris pacem deſignantes.

Vacuus inter urnam & ſupremum faſtigium locus occupari poteſt congerie trium libere in medio volitantium figurarum (Grouppe) quæ, dum geſtant vulgò dicta *Regalia Gallica*, (*Coronam*, *Sceptrum* cum *Lilio*, & *Manum Juſtitiæ*) in publicis cæremoniis præferri ſolita; ſimul exhibent Morali ſignificatione:

1. SENECTUTEM REGIAM.

gerentem manu *Coronam Gallicam.*

2. GLORIAM, quæ, ut Senectutem illuſtraſſe & ab ipſa morte vindicaſſe videatur, illam *Circulo Perennitatis* coronat, alterâ manu tenens *Sceptrum Gallicum* & *Manum juſtitiæ.*

3. Paulo altius PACEM, quæ ipſam gloriam poſtremæ & ſecuriſſimæ felicitatis ſigno *Coronâ Oleagineâ* iterùm coronat! Alterâ manu tenet *teſſeram humanæ pacis Cornucopiæ*,

pari-

pariterque *divinæ pacis* ſymbolum, nimirum imaginem *au ctoris pacis*, Spiritus S. cum *Torque Ord. Spir. S.* qui pertine ad Regis Inſignia.

Ut innuatur: Regiam Senectutem à Gloria, & hanc an te Regis obitum à pacis æternæ humanæque beatitudine eſſ immortalitati adſertam.

Infrà, *Urna Regia* ſolito decorata ornatu.

In Urnæ Baſi legitur *Ipſa Dedicatio* ſtilo magis ſucciſô quia non (ut reliquæ inſcriptiones) Elogii funebris vices ge rit; ſed antiquos lapides ſepulcrales magis imitatur:

LVDOVICO XIV.

GALLIARVM. REGI. CHRISTIANISS.

REGNI. ANNOS.

QVOS. NVLLA. AETATE. IMPERANTIVM. QVISQVAM, *

NVMERO. AEQVAVIT.

DIGNO. SE. OBITV.

FINIENTI.

JVSTA. PERSOLVIT.

TESTIS. COGNATI. LVCTVS.

OBSESQVE. FATO. NON. CEDENTIS.

SECVM. INITAE. AMICITIAE.

PIETAS. AVGVSTA.

IMP. CAES. CAROLI. VI.

REGIS. CATHOLICI ET. APOSTOL.

PVRPVRAM. EXVVNT. PRINCIPES.

LVGETE. ET. SVPPLICATE. POPVLI!

IN

* Sinenſium Chronologia incerta.

IN quatuor lateribus ſubſtructionis, quæ fert Urnam, IV. Symbola Heroica. I Natalem. II Conjugium. III. Prolem. IV. Obitum ſignant.

I. *Sol* in primo veris ſigno. Lemma: AMOENIOR QVO MAGIS EXOPTATUS.

Senſu naturali poſt abſentiam brumalem; ſenſu morali in ortu tot Regii Thalami Galliæque votis expetito.

Infrà: Anno MDCXXXVIII. D. V. Sept.

CONCESSUS VOTIS

LVDOVICI XIII. R. ET ANNAE AVSTRIACAE REG.

II. *Lilium* florens ventô perflante. Lemma: GENVIT AVSTER ET FOECVNDAVIT.

Infrà: RENOVATA AUSTRIACA AFFINITAS MDCLX.

III. Idem *Lilium Gallicum* in caule, cujus ætas ſuperſtes eſt ſuccreſcenti triplici florum ordini.

Lemma: AETATES TRES VNA VIDIT.

infra: REX PROAVUS.

IV. *Sidereus fixarum ſtellarum Circulus*, in quo *Cygnus* maximè diuturnam ſiſtit apparitionem *ſtellæ extraordinariæ*, qualem ante in Caſſiopea, & deinde in Ophiucho Cœlum oculis objecit, & ſubtraxit;

Stellam umbra obſcurat quaſi diſparentem.

Ut ſymboli Regii *Corpus* aliô conceptu ſiſtit in primo latere Natalem; Ita ſymboli Regii *Lemma* diverſo ſenſu exhibet in ultimo latere diem ſupremum, mutatâ ſignificatione & inditâ *ſphæræ ſidereæ* Inſcriptione:

NEC PLVRIBVS IMPAR.

Naturalis conceptus eſt: vaſtiſſimum ætheris ſpatium præter fixas extraordinarias ſtellas, quas nobis rarò oſtendit, non impar eſſe, ut iis recipiendis, ita aliis iterum monſtrandis.

 Mora-

Moralis conceptus eſt : Id ſolatii dare , quod Cœlum de quo demiſſos Heröes veneramur, ad ortum revocati Magnîs Principibûs, non impar ſit aliis Heroibus guberna culo admovendis.

Infra : AD ORTVM REDIIT A. MDCCXIV. SE IPSVM HEROICA CONSTANTIA, MORTEM RELIGIONE VINCENS,

Externa ſacelli facies octo Hieróglyphicis ſignis locum præbet. Quorum quatuor infra in intercolumniis lugentes ſunt:

I. MAJESTAS ſub velo coronata, quæ fraternam inter Reges neceſſitudinem, ut oſtendat, utraque manu contrahit *ſolutum Diadema antiquum*, quod ligaminis inſtar quaſi filo *trajectas nectit coronas.*

II. COGNATIO tenens una manu nexa duplici catenâ *Inſignia Imperatoria & Gallica*, alterâ tabulam Genealogicam.

III. RELIGIO manus attollens ad aram ardentem indicat preces, quas Eccleſia injungit pro tanto Rege, quem Primogenitum ſalutat.

IV. PIETAS cum ciconia, tenens cupreſſi ramum teſſeram luctus vulgari ſolennioris.

In Regione ſuperiori plorant pacis filiæ :

I. SCIENTIARUM IMAGO , habens ad pedes libros, inſtrumenta Mathematica, numismatum urnam &c. manu gerens *ſertum*, ut ſymbolum præmiorum in Academiis fundatis.

II. ARTIUM IMAGO. Ad pedes inſtrumenta architecturæ, picturæ, ſculpturæ.

III. MAGNIFICENTIA, inter divitias oſtendens delineationes ædificiorum.

IV. FELICITAS , cum ſolito caduceo , qui pariter commerciorum eſt ſymbolum.

Inter

Inter coronidem & Epiſtylium cujusque lateris Zophoro inſcripta ſententia ſacra:

I. In fronte dictum de Joſia Rege:

COLLECTUS AD SEPULCHRVM SVVM IN PACE.

II. Pſ. 60. 7. DOM. ANNOS REGIS ADIECIT VSQVE IN DIEM GENERATIONIS ET GENERATIONIS.

III. Pſ. 89. 10. DIES ANNORVM NOSTRORVM SEPTVAGINTA ANNI.

IV. ibid. SI IN POTENTATIBVS OCTOGINTA ANNI; LABOR ET DOLOR!

Baſibus jugatarum columnarum binis ex quavis ſacelli quadrifrontis parte octo ſequentes deſtinantur Inſcriptiones:

Inſcr. I.

NON MAGIS QVAM PRO REI EVENTV,
NEC SOLA STVPES,
GALLIA!
NAM CETERARVM GENTIVM OCVLOS
ADMIRATIO AEQVE DEFIGIT
IN
CHRISTIANISSIMI REGIS
LUDOVICI XIV,
GALLIAE REGVM MAXIMI,
FVNERE,
QVOD
VARIAS EVROPAE FORTVNAS,
FOEDERVM FIDVCIAS,
CONSILIORVM FLVCTVATIONES,
ANIMORVM ODIA ET VOLVNTATES
INTER IPSA PACIS OTIA
IN EXTERIS, VICINIS, SOCIIS, AMICIS
PARI AGITATIONE, DIVERSO EFFECTV, MOVET.

Inſcr. II

VESTRA, QVIRITES, PIETATIS OFFICIA
CVM GALLIAE PRECIBVS CERTARE JVBET
LVCTVS CAESARIS,
CVI COGNATIONIS VINCVLO
ET AMICITIAE FIDE NIHIL SANCTIVS,
CHRISTIANI ORBIS TRANQVILLITATE NIHIL EST PRI-
(VS
IMO QVANTVMLIBET OMNI PARENTATIONI PRAE-
FERENDVS
POPVLI IN LVGENDO REGE, TANQVAM PATRE,
CONSENSVS
ILLI TAMEN FVNEBRI LAVDATIONI,
VT DOMESTICAE,
VESTRA NON CEDIT,
QVAM NVLLVS GRATIAE FAVOR OSTENTAT,
NEC AEQVITAS PRO MERITO
AD AEMVLANDAS VIRTVTES TACITVRA FVISSET,
ETIAMSI PAX ODIA BELLORVM NON ANTE CONCI-
LIASSET,
QVAM MORS SVSTVLIT.

Inſc. III

INTER HAS LAVDES
ILLA QVAE POSTREMVM GESTIS ADJICITVR,
SI VNIVERSA FACTA ILLVSTRAT,
ET GLORIA SI NEC CERTA EST,
NISI QVAE FINEM CORONAT,
NEC VERA, NISI MORTEM QVAE SEQVITVR:
NON ALIAM LOQVATVR
HIC SVPREMO HONORI DICATVS TVMVLVS,
QVAM VLTIMAM PACIS FELICITATEM
IN REGNO,
QVOD AETAS NON CITIVS CONCEDERE POTVIT,
NEQVE NATVRA DIVTIVS RETINERE.
PONAMUS OB OCVLOS EAS ARTES,
QVIBVS NON TAM DE FAMA,

QVAM

QVAM DE SERVANDIS CIVIBVS
COGITATVM FVIT
A REGE HAVD SVI PLVS, QVAM SVORVM MEMORE.

Inſcr. IV.

CELEBREMVS INCRVENTAM GLORIAM,
INVISIAM MINVS ALIIS
IPSIS CIVIBVS MINVS INFESTAM.
MIREMVR EAM NVMINIS REVERENTIAM,
QVAE EXVLVM CIVIVM CARITATE FVIT ANTIQVIOR
ATQVE IN TVENDIS PERPETVAE RELIGIONIS ARIS
NEGLECTV COMMODORVM PROBATA;
EAM PIETATEM,
QVAE INTER NATVRAE FORTVNAEQVE DONA
INGENS REGNVM RELINQVENTI
EOSDEM ANIMOS ADDIDIT,
QVOS GLORIA CAPESSENTI.

Inſcr. V

COMMEMOREMVS EXERCITAM IN SVBJECTOS
JVSTITIAM
AD PRAEMIA, AD POENAS AEQVE PROMTAM
FIRMATAM NOVI CODICIS TABVLIS
SANCITAM SEVERA ANIMADVERSIONE
IN CAVSSIDICORVM FRAVDES IN PECVLATVS IN RA-
PINAS PVBLICAS,
ET PRIVATAS SIBI JVS DICENTIVM CAEDES;
VIM CONSILIORVM,
PROVIDENTEM QVANTVM IN FORTVNA FVIT,
ARTEM PER SE IMPERANDI
QVAM DOMI MILITIAEQVE
SENATVS, POPVLVS, EXERCITVS, FORVM
HABVERVNT MAGISTRAM,
NON VISO ALIO
PRINCIPE, RECTORE DVCE JVDICE,
NEC ALIO MVNERVM, OFFICIORVM, COLLEGIORVM
AVCTORE QVAM LVDOVICO.

Inſcr. VI.

QVI NVNQVAM IMPERIVM EXPERIRI TIMVIT.
AVT VETERES MOTVS COGITAVIT,
QVONIAM, QVI IMPERARET,
DIGNIOREM NEMINEM HABEBAT GALLIA,
VALIDIOR SVO REGE
QVAM VIRIBVS.
INTVEAMVR DENIQVE OPIFICIORVM,
NAVIGATIONIS, COLONIARVM, MERCATVRAE
CVRAS
NOVO QVAESTV SVPPEDITANTES
MATERIAM TRIBVTORVM
PRO COPIARVM TERRA MARIQVE NVMERO
NEC NON SVPPLENTES,
QVOD NATVRA NEGABAT
METALLVM.

Inſcr. VII.

JAM RELIQVA PACIS DECORA,
AEDIFICIA REGIA ET PVBLICA,
ADVENARVM CONCVRSV, ATQVE REMOTARVM
GENTIVM
LEGATIONIBVS CELEBRATA,
RESTITVTAM LITERIS AC SCIENTIIS PRISCAM MAJE-
STATEM,
DOCTORVM VBIQVE STIPENDIA, ACADEMIAS,
PRAEDICARE VESTRVM EST, MVSAE !
VESTRVM, ARTES !
SI QVID POSSVNT HEROVM PRAECONES;
POSTERIS
LITTERAE INGENIO SERVABVNT
IMAGINEM MAGNI ANIMI, PROVIDENTIAE,
AVTORITATIS, CLEMENTIAE,
RERVM ORDINIS, MORVM DECORIS
REGIAE FACVNDIAE;

ARTES

ARTES INDVSTRIA OSTENDENT
ORIS CORPORISQVE MAIESTATEM.

Inſcr. VIII.

TACENDVS DENIQVE NON EST ILLE PACIS FRV-
(CTVS,
QVOD SVPRA MVLTORVM HEROVM SORTEM,
FAMAM NON CONVVLSERIT LONGIOR VITA,
AEQVALIS TOT IMPERANTIVM SVCCESSIONIBVS
ET RERVM PVBL. COLLECTAE PER ALIQVOT AE-
TATES FELICITATI;
QVODQVE CVM VLTRA IMPERANTIVM EXEMPLA
SATIS PER ANNOS LXXII REGNASSE
PER ANNOS LXXVII.
SATIS NATVRAE, SATIS SIBI VIXISSE VIDERETVR;
TAMEN TIBI NON MODO, GALLIA,
VERVM EXTERIS NVNC ETIAM PRINCIPIBVS
IMMATVRE DECESSERIT A. MDCCXV.
ERGO VIVOS POSTEROSQVE DOCEAT
TANTI REGNI FORTVNA:
PACEM PVBLICARVM PRIVATARVMQVE RERVM
OPTIMAM ESSE,
NEQVE BELLATORVM FELICISSIMO MACEDONIAM,
QVAM SVO ROMAM AVGVSTO,
PRAEDICANDAM ESSE FELICIOREM.

Valedixeram; Verùm obſequio non eſt voluntas.

Juſſu S. CAES. ET CATH. MAJ.
IN SACRIS PARENTALIBVS
REVERENDISS. ET SERENISS.
OLIM ELECTORIS TREVIR.

CAROLI PR. LOTH.

Ad Rogi à Dom. Ferd. Bibiena Cæſ. Archit. jam exſtructi funebrem apparatum acceſſerunt ſequ. Symbola & Signa cum Inſcriptionibus.

QVATVOR STATVAE:

1. AMOR PATRIAE galeatus habens in manu *gladium*, ad pedes *vaporem tumuli Curtiani.*

2. ZELVS PRO ECCLESIA, ſignatus in pectore *Cruce rubra* (qualis fuit Lotharingica in Expeditione Sacra,) cum *flammis* interſperſis.

3. BREVITAS VITAE, gerens *funale exſtinctum* & vix prima parte conſumtum.

4. PROVIDENTIA cum *globo*, quem ei tribuunt numiſmata.

Quatuor Symbola Moralia.

Iſtæ vero ſtatuæ ſimul præferunt Sereniſſ. Defuncti INSIGNIA, eaque ipſa hieroglyphicè loquentia; & quidem deſumtis (quoniam ſymbola amant auctorum aliò ſenſu dicta ſuos ad uſus aptare & faciem fallere) ex uno integro Martialis Epigrammate ſymbolorum Moralium ſingulîs inſcriptionibûs.

Nimi-

Nimirùm ex Lib. XIV. Epigr. 145. de Pallio Gauſapino.

Is mihi candor ineſt, villorum gratia tanta eſt,
Ut me vel media ſumere meſſe velis.

Ita fert 1. AMOR PATRIAE *cum Gladio* (*qui hic duplici Signif. eſt Electoralis*) *Electorale & capitis Inſigne & Paludamentum* candidis Alpinis muribus ornatum, cujus in fimbria legitur:

IS MIHI CANDOR INEST.

2. ZELVS PRO ECCLESIA gerit Villoſum *Sacrum Pallium* cum *Tiara Archiepiſc. & pedo.* Hæc ſtatua ſignata jam *cruce rubra*, quæ ultra ſignificationes priores pariter eſt *Trevirenſis*, tenet ſimul *ſcutum Pruemenſe* (Electorali ſemper junctum) *cum agno, cujus* Lemma:

VILLORUM GRATIA TANTA EST.

3. BREVITAS VITAE in *ſcuto Oſnabrugenſi gerit rotam* (cui Seneca Trag. in Herc. fur. jam dedit ſignificationem præcipitis *volucrisque diei &c.* Lemma:

VTME (additur) PRAECEPS LAPSVS.

4. PROVIDENTIA fert *Coronam Lotharingicam*, cui altera manu ſuperimponit *ſtellatam*, ùt Æternitati deſtinatam. Ad pedes ſiſtitur in ſcuto antiqua *Lotharingica caſſis & fati Lothar. teſſera, Pullus aquilinus* telô antè diem transfixus. Lemma:

VEL MEDIA SVMERE MESSE VELIS.

Quatuor ſymbola Heroica deſumta iterùm ſunt ex Inſignibus, & facta Hiſtorica deſignant.

1. A*Quila Lotharing.* ut pro Telamone eſt, pedem inſtar gruis vigilanter levans indicat propria Majorumque pro Eccleſia & Rep. merita per illud Horatianum: fortes creantur

FOR-

FORTIBVS ET BONIS.

Infra : HEROIBVS EDITVS. D. 24. NOV. A. MDCLXXX.

2. *Rota Oſnabr.* cujus orbita ſenſu Naturali radium, ſenſu Morali animum

IMMOTVM EXTOLLIT.

Infra : DE INFVLA AD INFVLAM EVECTVS. A. MDCXCVIII.

3. *Aquila Lothar.* cum propria ſibi cruce Archiep. cœlum petens. Lemma :

COELESTE MEVM MVNVS.

Nam & Pöetæ aquilam Jovis alitem habuère.

Infra : MERITIS COLLATA DIGNITAS ELECT. ET ARCHIEP. M. DCCXI.

4. *Agnus Prümenſis* in pira aræ inſtar exſtructæ. Lemma : NON FVGIT, Scil. Hoſtia.

Infra : MORTE SVPERATA DEO SE PRIMAM (*) VICTIMAM PRÆBVIT. M. DCCXV. D. 4. DEC.

In ſupremæ Pyramidis Apice Mors confringit *Teſſeram Hoſpitalitatis* in forma antiqua tali dimidiati, ad pedes ſtatuæ, quæ PEREGRINATIONEM notat cum ſcipione viatorio.

Quatuor Pyramidis ardentis latera ornant *IV. Numiſmata* Majorum Imagines (Funerum antiqua decora) referentia. Ut Caroli M. Imp. 2. Lotharii. II. Regis Lotharing. 3. Gotfridi Bullionæi Reg. Jeroſ. 4. Herois Patris cum Matre Auſtriaca.

(*) Quia ante collatum Sacerdotium obiit.

Inſc. I.

HVC OMNES GERMANI!
SI QVIS VOBIS PIETATIS PVBL. SENSVS,
SI QVID MOVENT
LOTHARINGICO LVCTV VIX ARESCENTES
RECTORIS VESTRI LACRYMAE,
CVJVS EX IPSO AMPLEXV
PRAESENS MORS IMPORTVNA
DIVVLSIT
REVERENDISS. ET SERENISS. OLIM PR. LOTH.
CAROLVM JOSEPHVM IGNATIVM
ARCHIEP. TREVIR. S. R. I PER GALL. ET R. ARELAT.
ARCHICANCELL. ET ELECTOREM
EP. OSNAB. ADMIN. PRVEMENS. ET PRAEPOS. WEIS-
SENB.
M. CAST. ET LEG. ORD. MEL. PRIOREM;
FVNERVM JAM SATIS EST;
PARCITE! PARCITE FATA!

Inſcr. II

LVGEMVS INTER SENATVS ROM. GERM. PRINCIPES
PRAESVLEM.
QVEM ECCLESIAE SVPRA NATALES DIGNITAS,
PATRIAE SVPRA DIGNITATEM FIDES
IMPERIO SVPRA FIDEM AMICITIA CAESARIS
CONJVNCTIOR NECESSITVDINE.
ORBI SVPRA HÆC OMNIA PIETAS MORVMQVE
INTEGRITAS
TANTO DESIDERABILIOREM MONSTRARVNT;
QVANTO INOPINATIVS BREVIOR VITA
SVIS AMOREM,
TREVIRIS ET WESTPHALIS TVTAMENTVM
LOTHARINGIAE SPEM
REI ROMANAE PRAESIDIVM.
AVGVSTO DELICIAS
CETERIS MORTALIBVS EXEMPLVM
ANTE DIEM ABSTVLIT.

Inſcr. III

PLANCTVS, NON ELOGIA
POSTVLAT HIC TVMVLVS.
QVI
DIGNAE TANTO ELECTORE TANTOQ; PRAESVLE
INNOCENTIS VITAE TESTEM HABET
TRANQVILLIAM MORTEM;
PRAECONEM, CAESARIS MOEROREM?
MERITORVM DOCVMENTA,
VERSATA IN HOC CAPITE PVBLICA COMMODA?
PRAEFICAM, TRISTITIAM PVBLICAM.
NON DEFICIT QVIDEM SOLATIVM,
SVPEREST IN SVO LEOPOLDO
LOTHARINGIAE SVBSIDIVM;
SVBJECTIS NON MORIVNTVR ELECTORES, NON (EPISCOPI.
SED QVIS LEVAMEN AMORI CAESARIS?

Inſcr. IV.

EXCIPITE PIGNVS HOC COELESTE,
FRATERNI MANES IMMORTALES ANIMI;
QVOS TVRBANS ORDINEM MORTALITAS
MAGNAE RERVM HVMANAR. EXSPECTAT. PRAE- (RIPVIT.
ET TV, FELIX FRANCISCE!
HABETO NVNC APVD SVPEROS COMITEM
HVNC FRATREM,
QVEM NVPER HAS AD ARAS
HABVISTI PARENTATIONIS PARASTATAM,
TV VERO GRATA PATRIA, NE OSSA QVIDEM HABES
VBI MORS CONFRINGENS HOSPITALITATIS TES- (SERAM
NON REDDIT TRISTE DEPOSITVM,
QVISQVIS VERO ISTA LEGIS, HOSPES,
MORTIS ITER COGITA?
AC NVLLOS IN TERRA NON ESSE PEREGRINOS ET (HOSPITES,

CINE-

CINERVM HONOS

Sereniſſimo olim Principi ac Domino,

Domino

JOANNI WILHELMO,

COM. PAL. RHENI.

S. R. I. Archi-Theſaurario & Electori,

Duci Bav. &c. &c.

Juſſu

SAC. CAES. ET. CATH. MAJEST.

Habitus

In Juſtis funebribus,

Quæ ſolemni pompâ perſolvebantur,

Anno M. DCC. XVI. Die 4. & 5. Aug.

In R. R. P. P. Auguſtinianorum Baſilica Aulica.

ORnando, quod jam Architectô Dom. Ferdinandô Bibiena, abſolutum erat, Mauſolæo columnis nixo deſiderabantur:

Duæ Inſcriptiones loco & ſpatio accommodatæ.

Decem Statuæ.

Quatuor Symbola.

Erat igitur:

Inſcr. I.

VESTRAM, QVIRITES, PIETATEM PUBL. PRIVATAMQVE
VIX COMPOSVISTIS S. R. IMP. IX. VIRVM,
UBI EJVS FVMANTI ADHVC BVSTO
PAR OMNINO FATVM ADDIT VRNAM
SERENISSIMI PRINC. AC DOMINI
DOM. JOANNIS WILHELMI
COM. PAL. RH. S. R. I. ARCHITHESAVRARII & EL. D. BAV. &c.
CAESARI EODEM AMICITIAE,
PROXIMIORI PATERNAE MATERNAEQVE COGNATIONIS VINCVLO JVNCTI.
CVI LVCTVS AVGVSTI,
OB EGREGIA IN SE & REM PVBLICAM MERITA,
HONORIS VIRTVTISQVE CAVSA
MONIMENTVM,
NON OCVLIS MODO VESTRIS TEMPORARIVM HOC;
SED ANIMIS ETIAM & MEMORIAE SEMPITERNVM
DEDICAT.
HVNC VTROQVE BELLI & PACIS TEMPORE QVAM IN
VENERINT RELIGIONIS SANCITA PIVM,
CAESARIS & IMPERIJ DECRETA OBSEQVENTEM,
SENATVS-CONSVLTA PRVDENTEM,
ROGATAE IMPERII LEGES VINDICEM,
ARMA IN PROFERENDIS POMOERII FINIBVS JVSTVM,
CAVSA COMMVNIS OPIFERVM;
ID NON NOSTRVM MODO, SED ORBIS TERRARVM EST
(PRAEDICARE.
QVAM VERO LITERAE & BONAE ARTES

SVPRA

SVPRA COMMVNEM MODVM LIBERALEM HABVE-
(RINT,
SI SILERENT HOMINES, NVNQVAM SILEBVNT MO-
(NIMENT;
ET HAEC SI JVBERET AETAS TACERE,
NVNQVAM TACEBVNT CVM AERI TVM AETATI SV-
(PERSTITES
LAVREATAE MEMORIAE ET FILIAE ET GENITRICES.

Inſcr. II.

PARENTATIONE LVCTVM MINVE
SERENISSIMA FAMILIA PALATINA!
DESINE AVGVSTA MATER
LESSVM FRATERNI FVNERIS ERGO HABERE!
AGNOSCE FATVM
CVJVS VTI FVIT IN PROVIDENTIA
VT ELEONORA NON PARERET, NISI IMPERATORES;
ITA IN EJVS FVIT ARCANIS,
VT NON NASCERETVR NISI AD SVPREMVM SOLIVM,
NEC CVM ALIIS, NISI NATIS, VT REGNENT.
QVODSI IMPENDIO ALIQVO REDIMENDA EST IN-
(GENS FORTVNA;
ILLA, QVAM IN FRATRE ELECTORE AMISISTI,
SATIS IN DVOBVS REPENDITVR, ELECTORIBVS,
VT POST REGIAS SORORVM CORONAS,
TRES IN FRATRIBVS ELECTORALES ORBIS SVSPICE-
(RET.
TV VERO VIATOR,
QVI LEGIS, QVI DOLES,
DIC BONA VERBA.
VT MORTVO EVENIAT,
QVAM VIVENS PROMERVIT, FELIX IMMORTALITAS.
AT GRADVM NON SISTE;
SED,
QVONIAM NEQVE RELIGIO,
NEQVE TRAIANA BONITAS,
NEQVE PVBLICA IMPERII SALVS,

NEQVE SCIENTIARVM TVTELA;
NEQVE AVGVSTAE DOMVS VOTA,
NEQVE PROVINCIARVM SVPPLICATIONES,
HVNC POTVERVNT REBVS HVMANIS HEROEM SERVARE,

FVGE, SALVA ANIMAM TVAM (a)
ET MEMENTO NOVISSIMORVM (b)

SIgna quatuor inferiora, quibus Intercolumnia ornantur, cum ceteris primò eum ſibi ſumunt habitum Symbolicum, qui poſſit convenire gerendis Scuti Electoralis Teſſeris; (quarum iterum eſt morali ſignificatione res geſtas notare); Deinde, quia propiùs accedunt ad urnam, & funus quaſi ducunt, ſimul geſtant primaria Sereniſsimi Defuncti Inſignia.

I.

GENVS in aureo, quod à collo pendet, monili numiſmaticis Majorum imaginibus, quas torquis inſtar articuli nectunt, refert generationum gradus. Ceterùm pileo & paludamento Principum diſtinguitur, geritque pro Inſigni GALEAM PALATINAM in pulvinari.

Infra in ſcuto nigro LEONEM AVREVM PALATINVM cum corona purpurea.

Lemma: (quoniam Leones non degenerant)
GENERIS CVNABVLA TANTI. Stat.

Utque primum hoc ſignum inſuper notet Natalem (quemadmodum in fine indicatur emortualis dies) additur infrà: M D C L VIII.

II. HO-

(a) Jer. 48. 6. (b) Eccl. 28. 6.

II.

HONOR, laureatus (ut in numis Cordi Caleni.) ſtolatus, (ut in numis Vitellii) geſtat in pulvinari CORONAM ROMANAM. Scutum teſſeræ loco occupat Inſcriptio:

MEMORIAE ET HONORI
HEROIS,
QVI IMPERII INSIGNIA
DVOBVS CAESARIBVS
EX SORORE NEPOTIBVS
JOSEPHO. M DC XC.
CAROLO. M DCC XI.
SINGVLARI FELICITATE PRAETVLIT.

III.

ÆQUITAS togata, tenens cum gladio bilancem atque in pulvinari PILEVM ELECTORALEM, infrà in ſcuto Bavarico Rhombos (in quibus, ſenſu Mathematico, quæ ſunt obliqua rectis fiunt Parallela) Symbolicos reddit ſenſus moralis, de natura Æquitatis, cujus eſt corrigere in omnibus cauſſis, quantum fieri poteſt, quæ ſunt minùs recta, Lemma:

AEQVANTUR RECTO.

Ad pedes pacis decora.

IV.

VIRTVS, ſagata & galeata, gerens in pulvinari inſigne Belli Ducum SCIPIONEM, atque EQVESTRIA tam Aurei Velleris, quam à ſe inſtituti Ordinis INSIGNIA, ut Præmium Virtutis.

Infrà, in ſcuto Juliaco aureis micante radiis ſolaribus belliger LEO ERECTVS NIGER, qui (teſte Æliano) Soli ſacer, ob Cæſari Soli navatam operam militarem; Lemma:

CAESARI SOLI SACER.

Ad Pedes arma.

Sequentia ſex ſigna faſtigium columnarum terminantia, continuant cum Teſſeris gentilitiis ſignificationes Symbolicas.

V.

FELIX CONSANGVINITAS, tenet faſciculum ligatum (Symbolum fraternæ concordiæ) & felicitatis caduceum, OCTO CORONIS RADIATIS oneratum, ſcil. (1.) ELEONORAE MAGD. AVG. (2.) JOAN. WILH. EL. PAL. (3.) LUDOV. ANTON. CANDIDATI EL. MOGUNT. (4.) CAROLI PHIL. EL. PAL. (5.) FRANCISCI LUD. EL TREV. (6.) MARIAE SOPH. REGINÆ PORT. (7.) MARIAE ANNAE REG. HISP. (8.) HEDEWIGIS FILIO REG. POL. NVPTÆ.

Infrà in ſcuto Cliviæ purpureo VIII. ſceptra, quibus intermedium ſcutulum circumdatur, fiunt ſymbolica, ſignante medium ſcutulum, præter morem, Leone Palatino.

Lemma: TOT VNA PROPAGO.

VI.

SAPIENTIA, liberalium artium cultrix, dextra tenet ſceptrum cum ſole, cujus omnia lumine reguntur, ſiniſtrà ſcutum Duc. Montium argenteum, in quo Leo erectus ruber LVDENS CVM AEGIDE exhibet Symbolum arte & uſu miteſcentis rigoris.

Lemma: NON SINIT ESSE FERUM.

Ad pedes, Supellex artium, & litterarum.

VII.

GENEROSITAS, caput habet exuviis Leoninis ornatum, manu effundit cornucopiæ.

Infrà in ſcuto argenteo Com. Veldent. Leo ceruleus quadrupedum generoſiſſimus.

Lemma: NON GENEROSIOR ALTER.

VIII. PRV-

VIII.

PRUDENTIA tenens vulgare ſpeculum cum ſerpente; Infra Com. Marcæ ſcutum aureum, in quo TABVLA LATRVNCVLARIA RVBRA ET ARGENTEA, in qua arte luditur.

Lemma: SORTEM PROVIDENTIA.

IX.

AETERNITAS GENTIS, tenens (ut in numis antiquis) ſolem cum luna; ſiniſtrâ ſcutum Com. Ravensbergenſis argenteum, in quo TRIA TECTI COLVMINA PVRPVREA deſignant tres Fratrum Electoratus Lemmate:

IMPERII TER CVLMINA PORTANT.

X.

POſtremo loco fatalem diem notat, ORBITAS LIBERORVM, velata habitu lugubri, tenens ſtirpem cum ramo reſciſſo, vireſcentibus aliis; in Scuto Mœrſenſi aureo, NIGRAM TRABEM, quam, utpote domûs columina ſuſtinentem, Symbolicam facit Lemma:

TRANSVERSA LICET, SOLIDATA TAMEN.

Infrà: Mortuo Improle EL. IO. WILH. MDCCXVI.

Quatuor Symbola ornant quatuor latera Baſis, quæ fert urnam.

PRimum Symbolum ſiſtit Leopoldum Imper. inter & Joan. Wilh. El. duplicem affinitatem, per bis transversà junctas manus maſculas femineasque ſuper aram Aquilâ Romanâ & Leone Palatino notatam. Lemma:

BIS SANGVINE AB VNO. Virg.

Scil. genus amborum ſcindit ſe &c.

Infrâ: M. DC. LXXVI.

& M. DC. LXXVIII.

Secundum ſignificat collatum Electoratum per poſita in

Baſi Inſignia Electoralia, quæ non uni fratrum deſtinata fuiſſe, indicant adſtantes duæ Baſes vacuæ, iisdem ornandæ. Lemma:

FUN TIBUS ORDINE FATIS. Ovid.

Infra: M. DC. XC.

Tertium refert præcipuam rerum geſtarum gloriam, poſitam in præſtito ſemper armis Cæſareanis auxilio, per Leonem Palatinum erectum cum ſigno, cui inſcr. S. P. Q. R. evertentemque tropæum hoſtile. Lemma:

ET VIRIBVS ET ANIMO.

Infra: LATIS VBIQ. SVPPETIIS.

Quartum notat Matrimonium alterum cum Anna Maria Lud. M. D. Etrur. per juncta conjugali Laqueo Inſignia Elect. Palat. & M. Duc. Florentiæ ex Familia Medicæâ. Quod verò primò non magis fœcundum fuiſſe indicat Lemma:

NIL FATVM MEDICVS FLOS.

Infra:

VOTA SECVNDA. M. DC XCI.

In ſupremo apice ad nuper collocatam Urnam, quam tegit Electorale Diadema, apponit TRISTITIA PVBLICA aliam ardentem, inſignitam Monogrammate Sereniſſ. Defuncti.

Sequen-

ſt

AVCTORIS IDEA ROGI SI AB ILLO FVISSET EXSTRVENDVS.

C·G·HERAEVS· Inv.

ad pag 262

Sequentis Rogi, eandem, quam Regius Gallicus, ſortem experti, memoria pari Jure ſervatur; præſertim in funere, quod ab omnibus nequit ſatis celebrari,

AVGVSTAE inquam MATRIS ELEONORAE MAGDALENAE THERESIAE.

Integri, ante demandatum thema, a Dn. Ferd. Bibiena Cæſ. Archit. exſtructi, Operis partes repræſentant:

HVMILITATEM EXALTATAM.

In ipſo narrationis ordine veniunt conſideranda:

1. Quæ ſpectantur extra Mauſolæum,
2. Quæ in IV. Mauſolæi faciebus,
3. Quæ intra Mauſolæum,
4. Quæ in faſtigio oculos & animum occupant.

Ut à faſtigio, velut à capite, incipiam; in Mauſolæi fornice, (ne ſuprema funebris umbella vacuum obumbraret tectum) apicem ornat & umbellæ uſum præſtat ſignorum congeries, Auguſtam pariter & Thematis compendium referens: *Humilitas*, ut dicitur, Chriſt. velata, quæ dextram admovet pectori, cruce ſignato; & ea quidem cruce, quam gerunt S. crucis cultrices pro ſymbolo ordinis, cujus caput fuit Diva Auguſta. Modeſtiæ hujus Chriſtianæ ſiniſtra removet *famæ tubam*, geſtatam a *mortalium Gloria*, brachio eodem, quo nequicquam renitentem modeſtiam extollere ſatagit; dum monſtrat altera manu *Pyrami-*

dem, in qua ſumma virtutis lux tollit invidiæ umbras. Altiùs volans *cœleſtis Gloria* radiatam ei inſuper *immortalitatis coronam* tribuit, & ſiniſtra os claudit; ob infanda alterius vitæ gaudia. Utraque gloria coronata eſt; hæc *radiis ſolaribus*, illa felicis memoriæ *laurea*. Explicantur iſthæc in Zophoro primæ faciei ſententiâ S. Codicis:

FECIT MAGNA QVI POTENS EST: EXALTAVIT HVMILEM. Luc. 1. 49. 52.

Sunt extra Mauſolæum IV. cereis micantia obeliſcolychnia, quorum cacumen quodque fert ſtatuam *Virtutis Chriſtianæ*, cum oppoſito ſibi vitio, de quo calcato triumphat. Quatuor baſium terna latera 12. ſymbolis locum præbent. Primi apicis ſignum eſt *Charitas*, calcans theſauros, & recta manu altera numos ſpargens, altera gerens tabulam, in qua Præconis inſtar funus publicum indicit:

EXSEQVIAS ITE
IN FVNERE PVBLICO ET IMPERATORIO
PVBLICIS PRIVATISQ. BENEFICIIS OBSTRICTI!
HEM TEMPVS EST!
ITE OPVLENTAE ET OBSTVPESCITE! (a)
EXVITE VOS, ET CONFVNDIMINI!
SVRGET REGINA AVSTRI
ET CONFVNDET VOS! (b)

In baſis talo primum Symb. Heroicum ſiſtit in altari *flamma* amoris divini, indiviſa ſemper, quantumcunque luminis impertiat proximis accenſis lampadibus, ut Morali ſenſu doceat; ex toto corde non minus Deum diligi, quum idem patet egentibus: Lemma:

TOTA DEO MVNERE DIVIDVO.

In ſecundo, *luna*, acceptos a ſole ſuo radios orbi reſtituit; quemadmodum diva Auguſta a Deo & marito datorum bonorum nullum ſibi ſervavit:

ACCI-

(a.) Eſai. 32 11 (b.) Matth. 12, 42.

ACCIPIT VT REDDAT.

In tertio, ſtagnantibus undis *campos reficiens Eluvio*; & nullos obſervans ſeptorum terminos, exhibet ab Auguſta exteris non minus, quam ſuis collata beneficia, haud perſonarum, ſed indigentiæ habita ratione.

SINE LIMITE DITAT.

In Mauſolæi ipſius prima facie arcum aditus includunt utrinque jacentia duo ſigna, ſuſtinendis Imperatoriis & Palatinis Inſignibus aptata: 1. *Natalium ſplendor*, inſignis paludamento & pileo Electorali, oſtendit pro Inſignium ſerie Majorum Imagines in *Numismatum catena*; cui vero ex altera parte 2 *Religio Crucem ſuam*, in qua ſola gloriatur, opponit. Inferiùs Intercolumnia explent aliæ 2. ſtatuæ, quæ cum duabus in poſtrema facie oppoſitis ferunt ſic dicta Regalia Auguſtæ, ac ejus in hac etiam vita felicitatem prædicant: Sunt 1, *Summa Dignitas*, habitu regio in pulvinari gerens Inſignia *Imperatorium* & *paternum Electorale* addito titulo:

HONORE ET GLORIA CORONATA. Pſ. 8. 6.

2. *Felicitas* non uno copiæ cornu, ſed *triplici* noſcenda, ferensque in pulvinari tres *Germaniæ*, *Hungariæ* & *Bohemiæ* Regias *Coronas*.

Inſcr.

TERQ. QVATERQ. BEATA.

Intra Mauſolæum in ſubſtructione, quæ urnam fert, Inſcr.

HIC JACET

ELEONORA MAGDALENA THERES.

CVIVS TITVLORVM MENSVRAM IMPLET

HVMANAS VIRES SVPERANS HVMILITAS.

CVI VERO,

VT MATRI PIENTISSIMAE ET INCOMPARABILI

TENERRIMO AMORE DE LIBERIS ET VNIVERSA FAMILIA.

DEPRECATIONIBVS CONTINVIS DE PVBLICA SALVTE,

BENEFICIIS DE SINGVLIS, LIBERALITATE DE PAVPERIBVS,

RARISSIMAE PIETATIS EXEMPLO DE OMNI AETATE

OPTI-

OPTIME MERENTI;
QVEM TESTAMENTO VETVIT,
FVNEBREM APPARATVM
PIETATIS CAVSSA RECVSARE NON SVSTINVIT.
MOESTISSIMVS FILIVS
IMP. CAES, CAROLVS VI.
IN HOC SOLO MINVS OBSEQVENS,
NEQ. SOLATIVM QVAERENS IN VLLA VNQVAM OBLIVIONE;
SED IN IPSA RECORDATIONE MERITORVM.

Vacuus ſupra inſcriptionem locus deſtinatur Symbolo Heroico, Natalem notanti. Id ſuppeditat Eccl. 26. 27. *Sicut Sol Oriens mundo : ſic mulier bona in ornamentum domus.* Itaque ſpectatur ſol in vertice, tantò beneficiis & virtute illuſtrior, quanto magis elevatus:

VT PRAELVCEAT, ALTIOR.

Infra:

IN ORNAMENTVM DOMVS SPLENDERE COEPIT.
A. MDCLV. d. VI. IAN.

Pellucidus hic ſol inter Sacra funebria paullatim deficiens tandem commutatur coruſcante magis inter noctis umbras *ſtellarum circulo*, qui æternam Juſtitiæ coronam explicatius exhibet Lemmate ex Sap. 1. 15.

IMMORTALIS.

Aſſidentium his tabulis ſignorum par refert *Naturam* & *Gratiam Divinam.* Illius, pro naturæ antiquæ ſymbolo, multimammiæ, modiumque in capite ferentis, *manus tradita* & commiſſa ſuſtinetur a *Gratia*; Hujus *ſeptem* Sacramentorum, quibus operatur, *ſigilla* tenentis Caput adeo ſancti *Spiritus imago* illuſtrat, ut radii vicinam naturam attingant.

Urnam circumſtant excubantes IV. ſtatuæ *Divarum*, *quæ*

quæ Nomen & exemplum dederunt Auguſtæ. *Palmas* gerunt, quibus felicem animam poſito cum pertinaci morbo & cum vitiis *certamine*, 2. Tim. 4. exceperunt, ſunt

1. *Eleonora de Vanegas*, Ord. S. Domin. Cordubæ miraculis & ſanctis moribus celeberrima.

2. *S. M. Magdalena* tenens emendatæ vitæ Inſtrumenta.

3. *S. Thereſia* cum voluminibus a ſe editis.

4. Accedit *S. Franciſcus*, cujus ad regulam ab anno MDCLXXXV. vitam direxit. Fert ille *Ordinis* habitum, quem ſub veſte aulica celaverat Auguſtæ pietas.

* * *

In ſecunda Mauſolæi facie

Alterum obeliſcolychnii ſignum eſt *Spes*, non numiſmatico, ſed Chriſtiano *ancoræ* ſigno conſpicua; Calcat vana mundi gaudia ſub imagine pueri, fragiles bullas canaliculo efflantis.

1. Baſis Symb. Her. eſt *fons ſaliens*. cum quo Servator humani generis veros comparat Chriſtianos. Joan. 4 14.; Isque ſurgens quidem ad æthera, ſed mox ſe modeſtius demittens.

RECIDIT EXSVRGENS HVMILIS.

2. Spei vim in Auguſtæ pro rep. deprecationibus ſiſtit *Manna* populo ſervando delabens.

ASCENDVNT PRECES, DESCENDVNT MIRACVLA.

3. Preces operoſas ſupra communem modum ſurgentes pingit Symb. Her. *Aquilæ* ſumma petentis.

PAR AVSIBVS ARDOR.

In Mauſolæi Zophoro legitur.

POSTVLANTI SAPIENTIAM DEDIT ET QVAE NON POSTVLAVIT. 3. Reg. 3.

Secun-

Secũndi aditus arcum, quæ cingunt, ſigna jacentia ſunt 1. *Virtus*, attributis nota vulgaribus, & faciem avertendo fugienti ſimilis. 2. *Honor*, caſſide & torque inſignis, invitam virtutem quaſi retinens, & lauream porrigens.

Subſtructionis Inſcr. II.

VIATOR. SI CHRISTIANVS ES,
NON IN HOC FVNERE POSCITO ELOGIA,
REGINARVM AVGVSTISSIMAE,
FVLGENTIS VNDIQ. REGIIS ET ELECTORAL.
PVRPVRIS PROPINQVIS;
AVGVSTAE LEOPOLDI MAGNI,
MATRIS DVORVM IMPERATORVM,
(QVANTORVM CAESARVM!)
NON QVAERITO OSTENSAS CAROLI VICE
REGNANDI ARTES;
NEQ. HEIC DESIDERATO VERBOSAS LAVDATIONES
QVIBVS VITIATVR SINCERA RELIGIO;
MINVS, QVAS VVLT INDIGENS COMMENDATIONE
(NOMEN,
AT EVM EXSPECTATO VERBORVM MODVM,
QVEM IVBET MINIME LOQVAX SAPIENTIA DIVINA,
INTER MVNDAE OBLATIONIS S. S. MYSTERIA,
QVEMQ. PRAESCRIBIT VERECVNDA COMMEMORA-
(TIO
OPERVM; QVAE APVD NOS DEVM HABVERVNT
(TESTEM
ET QVAE SVPRA NOS NVNC SEQVVNTVR,
NON TAM AVGVSTARVM PRIMAM,
QVAM MATRONARVM SANCTISSIMAM,
PRINCIPEM ASCETRIIS RELIGIOSIOREM,
DOMINAM MATRIBVS INDVLGENTIOREM.

FOEMI-

FEMINAM VIRIS CONSTANTIOREM,
INNOCENTIAM SONTIBVS AVSTERIVS POENITENTEM.

Supra Inſcr. Imago Numiſmatica oſtendit felix matrimonium; *Providentia* cum ſceptro oculato ad aram per annulum jungit dextras Leop. Imp. & ELEON. MAGD. THER. Conjugum pari felicitate illuſtrium. Inſcr.

PARS BONA TIMENTIVM DEVM. Eccl. 26. 3.

Subſcriptio.

DATA VIRO PRO FACTIS BONIS. ibid.

A. MDCLXXVI. D. 14. Dec.

Aſſidentium ſignorum par componit *Amor Connubialis* & *Obſequium* non ſemper morantium in una ſede. Ille fulcitur ulmi trunco, cui ad poſtremum adhæret palmes; Hoc collo fert jugum, quod digito movens oſtendit, quàm ſit leve. Jungunt duo corda flammis unitis.

* * *

Tertia obeliſcolychnii ſtatua eſt *FidesChriſtiana*, ſymbola SS. Sacramenti attollens, Hæreſium monſtra conculcans.

Baſis 1.Symb.Her.frequentiorisCommunionis deſiderium non langveſcens ſiſtit *Sole* (in quo SS. Hoſtiæ orbicula) ſuis radiis ſolum, quod frequentius viſitat, magis calefaciente.

FERVIDIVSQ. FREQVENTIOR VRIT.

2. *Aquila* ſolem non ocioſa, ſed in ipſo volandi actu intuens docet, ſcientiæ lumen nihil impediviſſe, ſed promoviſſe actionum ſanctimoniam.

NON OCIA LVMEN.

3. Aquila iterum alia ſignificatione ſecundum vulgarem traditionem pullis, quibus imperat, ſervitia vel cum

vitæ

vitæ periculo præſtans, innuit pietatis officia, quibus Auguſta contagioſo ſæpe morbo laborantibus ægrotis non defuit.

SERVIT, ET IMPERAT.

Zophori ex hac parte titulus.

CORONA IVVENTVTIS SENECTVS, QVAE IN VIIS JVSTITIAE REPERIETVR Prov. 16. 32.

Tertii aditus arcum ambiunt ſigna 1. TIMORIS DOMINI, & 2. SAPIENTIAE. Ille legum tabulas præ ſe ferens, amicam manum dat huic tenenti facem cum ſerpente & columba, Chriſtianæ prudentiæ teſſera, ut indicet, ejus ſe initium eſſe.

Inſcr. III.

HAEC EST, QVAE DVM VIVERET, PLVS INTER SVPEROS
QVAM INTER MORTALES VERSABATVR,
FREQVENTIVS CVM DEO, QVAM CVM HOMINIBVS LOQVEBATVR,
IMPERIVM, QVOD IN ALIOS HABVIT,
IN SE IPSAM SEVERIVS EXERCEBAT.
HAEC EST, QVAE MELIOREM PARTEM ELIGENS,
CORONIS, OPIBVS, FORTVNIS,
VNVM OPTIMVM, VNVM NECESSARIVM, PRAEPOSVIT.
MAJESTATEM NON OSTENDENS, NISI BENEFICIIS.
QVAE DATA EGENIS NON PERDITA,
SED NON DATA, PERDITA HABVIT.
QVAE SCEPTRA RELIQVIT
NON A MORTE DEMVM CVM PEDIS CONFVNDENDA;
SED ANTE MORTEM
MODERATISSIMA COMMVNIS SORTIS AESTIMATIO (NE

LIGO.

LIGONIBVS JAM AEQVATA.
AT VERO, SI QVI SE HVMILIANT, MAGIS EXAL-
(TANTVR
ATQVE AD DIVINAM CHRISTI IN TERRA MAJESTA-
(TEM
PROXIME ACCEDENS;
SI RELIQVIS EXCELSIOR EST,
QVANTVM FVLGORIS ACCESSIT DIADEMATI IMPE-
(RATORIO?
QVOD MDCLXXXX. ACCEPERAT,
QVODQVE ILLO IPSO DIE 19. IAN. MDCCXX.
CVM CORONA IVSTITIAE COMMVTAVIT.
VERBIS ISTA SVNT SVBLIMIORA
VOX POPVLI BEATAM PRAEDICAT.
ILICET HOSPES,
DICTIS BONIS VERBIS, COGITA EXEMPLVM, ET PER-
(PENDE,
QVANTVM SIT, QVOD ORBI RELIQVIT, BENEFICIVM;
ET GENVISSE, ET INSTITVISSE CAROLVM.

Supra Inſcriptionem Imago Heraldica deſignat orbis bono relictam prolem. Apparent in ſcuto *quinque pulli aquilini Auſtriaci*, quorum 1. Imperatoria, 1. Regia 2. Archiducali corona diſtinguuntur, filiarum una occidentem poſteris beante. Lemma.

AB ORIENTE ADDVCTVM SEMEN ET AB OCCIDENTE CONGREGATVM. Eſ. 53. 5.

Infra:

TERTIIS LEOP. IMP. VOTIS RESERVATA DOMVS AVG. AETERNITAS

Aſſiden-

Aſſidentes figuræ iterum raro ſociandæ hic amicè conſpirant, ſuntque *Parentum Auctoritas*, faſces ſine ſecuri tenens, atque *Amor Parentes inter & Liberos* cum Ciconia. Occupantur amoris vinculo faſces arctius conſtringendo, deſignantque miram Auguſtæ familiæ concordiam.

* * *

Quartum obeliſcolychnii culmen decorat virtutum Chriſtianarum compendium, *Pietas*, vitiorum larvas pedibus removens & manus, velut precibus Deum placatura, tollens.

1 Baſis ſymb. He-. eſt abſque combuſtionis periculo *ardens Moſis virgultum*, Imago innocui ſplendoris aulici.

NIL NOCVIT SPLENDOR.

2 *Fumans Thuribulum* auræ (Morali ſenſu fortunæ) afflatu non extinctum, ſed magis accenſum:

NON EFFLAS AVRA, SED INFLAS.

3 *Zodiacus* ex Ptol. Hypotheſi quieſcens nunquam nec recedens, comparat ſolis viam cum *Semita Juſtorum*, quæ teſte Salomone. Prov. 14. 15.

PROCEDIT SEMPER.

Zophori titulus:

IVDICIVM MATRIS FIRMATVM IN FILIO. Eccl. 3. 3.

Poſtremum arcum quæ includunt, ſigna ferunt repetita Auguſtæ Inſignia. 1. *Modeſtia*, dignitatum ſymbola projiciens & velo ſuo tegens inſignia, nec non *Cilicium*, poſt Auguſtæ mortem demum repertum. Quod verò velum 2. *Exemplo* (non rotundum, ut prudentia, ſed *quadratum* majus *ſpeculum* gerente) tollitur, aureô palmis ornato bonæ memoriæ *Circulo* ita oſtenſo, ut ejus formam ſpeculum imitetur. Referenda ad primi aditus

ditus ſtatuas ſtantia ſigna ſunt 1. *Regimen*, diadema geſtans & manum admovens *gubernaculo*, frondibus oleagineis cincto ob pacem Hungaricam ſtabilitam Auguſta regente:

PRO CAROLO ABSENTE

1. Fœcunditas Aug. adſtans baſi velut monimento, in qua *duo diademata Impp.* (Coronarum præcipuæ,) datos orbi II. Magnos Cæſares deſignant. Inſcr.

CORONAE SENIS FILII, Prov. 7. 6.

Loco Inſcriptionis ultimam ſubſtructionis tabulam occupat Imago Allegorica, mortis diem notans. *Mors* pauperum tabernas divitumque arces æque viſitans *Palatii portam* pede pulſatura, ſatis apertam invenit, & omnia intùs parata, inprimis ſapientum in Evangelio Virginum *lampadem accenſam*, ut ſuperſedere potuerit admonitioni, qua pium ceteroquin Regem Ezechiam minus paratum invenit Eſaias: *Diſpone domui tuæ*, Eſ. 38. Inſcr.

DISPOSITAM INVENIT.

Aſſident ſigna *Aulæ* aureis compedibus oneratæ & *Aſcetriæ* raro ſocietatis vinculo dextras jungentium.

EXSEQVIAE

Illuſtriſſimæ Comitis ac Dom. Aemiliæ Julianæ Com. Schwarzburgicæ, natæ Com. Barbienſis poſtremæ ſuæ gentis,

Solemni pompa elatæ Rudelſtadii d. 31. Dec. MDCCVI.

QVum funus e ſacello arci contiguo ad Baſilicam primariam ampliſſima pompa eſſet deductum, XII. Viri nobiles Capulum de carpento lugubri ſublatum ac feretro impoſitum in pegmate, quod in templi choro funalibus lucebat, repoſuerunt. Operiebatur Capulus panno holoſerico pullo, in cujus limbo acu erant pictæ majorum teſſeræ gentilitiæ, impoſito pulvinari holoſerico nigro, cujus ora lemniſcis glandibusque pendulis aureis erat fimbriata; in cujus vero angulis IV. litteræ Initiales Illuſtriſſ. Defunctæ Æ. I. C. S. erant gemmis formatæ. Ipſa adamantinis ligulis pulvinari adfixa Corona Comitum gemmis radiabat. Luctum teſtabatur nigrum bombycinum criſpulum, unionum lineis diſtinctum.

Pegma terminantes IV. ſtylobatæ IV. eminebant ſignis, quorum munus erat alternas faces & lampades funereas præferre, neque otioſas; Sed diverſa ſignificatione animatas.

Sic primæ ſtatuæ (quam attributiones *Divinum Amorem* declarant) lucerna fit ſymbolica innexo catenulis titulo.

SEDIBVS AETHEREIS SPIRITVS.

In ſtylobatæ area imago Hieroglyphica ſupra terram degentis *manucodiatæ.*

II. Amor

II. Amor Conjugalis, collo gerit monile cum junctis cordibus, dextra tædam cum titulo.

AD CINERES VSQVE.

In area inferiori *turturum par.*

III. Maternus Amor habet ad pedes leænam lactantem, reſpicitque flammam facis ſuæ, quam circumdat titulus.

DESCENDIT.

In ſtylobatæ area: *gallina pullos fovens.*

IV. Amor, ut dicitur, *Proximi* alteram manum tectam protendit ad dandum; Altera tenet lucernam cum titulo.

IMPERTIENDO NON DEFICIT.

Infra *Leo arborem frugiferam ungulis concutiens, ut* deciduis fructibus alat cetera animalia.

Stylobatas undique illuſtrabant interpoſitæ octo baſes, quæ brachiatos Lychnuchos argenteos ferebant.

Pegmati deſuper imminebat ſuſpenſum e fornice conopeum pullatum, cujus faſtigium argenteis lemniscis, corollis & encarpis, nec non roſa Barbienſi diſtinctum, plumarum nodis angulos, frontem Monogrammate notabat. In velorum, ubi ad pegmatis extrema revinciebantur, medio radiabat ingens penſilis Lychnuchus Cryſtallinus, e conopei tholo demiſſus.

Infra pateſcens magis tori lugubris apertio detegebat altare, quod nova & quidem pellucida Ordinis Jonici ſtructura ſplendebat; Atque media in tabula ſiſtebat *Chriſti ſponſam, Agnum Dei amplexam*, (prout in Illuſtriſſimæ Comitis, quas ſcripſit, libris ſacris conſpicitur); At ejus ipſius imagine agnoſcendam.

In Zophoro.

SIT MEMORIA EJVS IN BENEDICTIONE!

Area minor ſuperior ſpectandas exhibet *Agni nuptias*, ſtipaturque *Pietatis* & *Sapientiæ* ſignis.

Apicem coronabat Comitum corona; in qua pro foliis & unionibus micantes ſtellæ pellucido cryſtallo radias repercutiebant.

Latera ubi per gradus tolluntur, antiquis lucernis funebribus argenteis, iiſque bilychnibus & trilychnibus ſpargunt lucem ſepulcralem.

Iſta aræ, quam varii generis lychnuchi argentei foris illuminabant, diſpoſitio ſacram nihil cærimoniam impediebat.

In aditu utrinque aſſidebant ſtatuæ 2. cippis impoſitæ, quarum dextra *Domum Schwarzburgicam* referens lugubri habitu vexillum, quod Teſſeræ alias Telamones gerunt, pullo (ut ſolet in luctu) bombycino circumplexum pedibus obvertebat.

Siniſtra *Domum Barbienſem* repræſentans, depoſita corona, gentis, utpote exſtinctæ, Inſignia frangebat.

Quæ poſt aram muſicis deſtinantur, exedræ per ambitum Chori porrectæ ac XII. arcubus apertis ſubſtructæ loci reliquum occupabant. Pullus omnia pannus velabat, ſed diſtinctus encarpis telæ argenteæ, quos excipiebant exeuntes e lorica argenteorum candelabrorum ſcapi. Ipſam loricam alternæ lucernæ &, exhibentes Illuſtriſſimæ Comitis Virtutes præcipuas, ſtatuæ terminabant.

Subſellia arcubus incluſa pari ornatu & Inſignibus gentilitiis decorabantur.

Præter XII. Equeſtris Ordinis viros, qui funus tollebant, intra Chorum, totidem, qui funales geſtabant, pueri nobiles & ſatellites armati funeris latus utrumque claudebant.

Pilas majores, mediam templi partem, quam Navim vocamus, ſuſtinentes, obtegebant pyramides 17. pedum altitu-

altitudine. Ad Pyramidum latera lychni gradatim accenſi templum illuminabant. In medio emblemati dicatum erat ſcutum, cujus faſtigium ornabant Lacrimatorium, ceteraque inſtrumenta funebria. Ceterum baſis area nigra floribus e Barbienſium teſſera albis, flammisque lugubribus picta erat & conſperſa. Cacumina coronas gerebant Comitum inauratas, quarum denticulati coni cereis onerati, Vrnam fumantem in apice circumdabant.

Primæ pyramidis baſi dedicatio, nomine Illuſtriſſimi Comitis Vidui, inſcripta.

DIVAE AEMILIAE JVLIANAE, VTRIVSQVE FORTVNAE PER XLII AN. SOCIAE INCOMPARABILI, SENII EHEV! FVLCRO ET SOLAMINI, DIMIDIO ANIMAE. JVSTA PERSOLVIT CONJVNX VIX SVPERSTES DOLORI, IN QVEM SERVATVS, ALB. ANTON. E. IV. COM. IMP. C. S. ET H.

Compoſui felicem, nunc ego reſto. Hor.

Symboli Heroici corpus, ut vocant, eſt *Cor emortuum* in imo collocatum, e quo Igneus calor evolans cœlum, unde ortus, repetit, cum Lemmate.

DEFICERE POTVIT, NON EXTINGVI.

Ornatum exterum addunt binæ tædæ, decuſſatim amoris vinculo conjunctæ, quarum ea, quæ ſiniſtrorſum vergit, ad manubrium uſque conſumta eſt & combuſta.

Alteram pyramidem dedicat Illuſtriſſimus Filius his verbis.

GENITRICI SVPRA LAVDES PIENTISSIMAE LVCTV STVPESCENTE, ATQVE SILENTIVM ORATIONE FACVNDIVS JVBENTE, OFFICIORVM SVPREMVM, ET, QVOD INVITVS PRAESTAT, PRIMVM PERAGIT LVD. FRID. E. IV. COM. IMP. C. S. ET. H.

Illius ad tumulum fugiam ſupplexque ſedebo.
Tibull.

Symbolum eſt *Roſa decidua* cum perigraphe:

 CADIT

CADIT DECVS ATQVE VOLVPTAS.

Ornamentorum vicem ſuſtinent Falces meſſoriæ.

Tertiam ponit Filii Comitis Conjux Sereniſſima ; Retentoque Symbolo *Roſæ Barbienſis deciduæ* adſcriptum Lemma: MANET ODOR. Inſcriptio ſequens eſt:

MATRI, NON SOCRVI, OFFICIORVM GENERE OMNI BENE DE SE MERITAE, NEC VNQVAM SIBI RECONCILIATAE TRISTE DOLORIS ET GRATI ANIMI DOCVMENTVM DAT ORBATA ATQVE DOLORE CONFECTA NVRVS ANNA SOPHIA n. D S. I. C. & M.

Me moeſtam decet aſſidere matri. Marc.

Quartam conſecrant Nepotes. Cujus Emblema componunt *octo vaſa totidem florigeris & feracibus ſimul malorum punicorum arboribus* conſita. Extrema tantum bina frugibus vidua ſunt. Cuilibet eorum litteris initialibus nomen alicujus e Nepotibus adſcriptum, cum verbis.

PERFECIT CVLTVRA.

Pro Ornatu duplex eſt cornu copiæ, ſed utrumque caſſum & extinctæ flammæ fumum emittens; Infra in baſi legitur.

AVIAE DESIDERATISSIMAE PRO INNVMERIS BENEFICIIS, ET PRAEFERENDA OMNIBVS FORTVNAE BONIS, ANIMI INGENIIQVE CVLTVRA PRORSVS SINGVLARI LACRIMAS REDDVNT MOESTISSIMI NEPOTES NEPTESQVE.

Cœloque datur, quod demitur orbis. Claud.

Quintam

Quintam Aulæ familia dicat, cujus Symbolum Heroicum deſcribit *Magnes*, non paucas attrahens acus ferreas, quas ad ſtellam polarem deſuper relucentem, convertit, cum epigraphe.

QVOS ATTRAHIT, ELEVAT

Ornatum variant duæ ancoræ disruptæ; Infra.

ILLVSTRISSIMAE AEMILIAE JVLIANAE C. S. & H. NATAE C. BARB. SVORVM AMANTISSIMAE, NEC TAM DOMINAE, QVAM PARENTI, HANC SORS MAGNAM PRAESTITIT, QVOD POTVERIT OMNIBVS BENEFACERE; MAJOREM INDOLIS BONITAS, QVOD NVNQVAM NOLVERIT. NAM IN VITA NISI LAVDANDVM NIHIL COGITASSE, TESTES SVNT TOT RELICTAE DIVINAE MEDITATIONES; NISI DIGNVM SE NIHIL FECISSE TESTES SVMVS AFFLICTISSIMI OMNES DOMESTICI.

Hæc vicina docent nos vivere Mauſolea.

Sextam ſubjecti ſacram eſſe volunt, Symboli loco repræſentantes *Quercum annoſam*, cujus rami arefacti omnes, ſolo cacumine adhuc viridante, cum epigraphe:

SVPREMA GLORIA.

Ornamento ſunt duæ Lanceæ, ex inſignibus Barbienſium deſumtæ, ſed ob prole viduam Comitum Barbienſium domum fractæ: Subſcriptio hæc eſt.

MATRI POPVLI, NVTRICI ORDINIS SACRI, SCHOLARVM, EGENORVM! NON PIAE, SED IPSI PIETATI? VIR-

TVTVM CHRISTIANARVM VIVAE IMAGINI; RERVM HVMANARVM, ET MAXIME DIVINARVM SCIENTIA DEO QVAM HOMINIBVS PROPIORI. QVAE DE DIGNITATE MINVS, QVAM DE FAMA; DE FAMA MINVS, QVAM DE CONSCIENTIA SOLLICITA, SIC INTER MORTALES VERSATA EST, VT COELESTIS ESSE NVNQVAM DESIERIT.

M. POS. LVCTVS PVBL.

Non ſua moverunt, ſed publica damna.

A pilis pedem qui promovit, in utramque templi alam vidit duas exedras quaſi in circo ſibi ſuperſtructas, quæ panno nigro conveſtitæ, argenteæ telæ, ac candelabrorum diverſo variatoque ornatu undique nitebant, &, quo lugubri cuncta lumine magis colluſtrarentur, in centro cuique arcui opoſito Lychnos gerebant, ornamenta, quorum circulum terminabant vel *Cornua Amalthea caſſa* circa *Roſam Barbienſem* ſibi invicem innexa, vel adverſa fronte ſe reſpicientes *Mulli Barbienſes*. Vacuo ornamenti ſpatio primo inſcriptum erat: NATA BONO PVBLICO RVDOLST. MDCXXXVII. D. XIX. AVG.

Secundo: ORBATA PARENTIBVS, GENITORE, ALB. FRID. C. BARB. MDCXL. MATRE SOPH. VRS. C. OLDEN. MDCXLII.

Tertium monſtrabat pro Emblemate *arborem ſucciſam*, cum lemmate: SIC VIDIMVS CONCIDERE GENTEM. Subtus legitur: EXTINCTO FRAT. AVG. LVD. VLT. COM. BARB. MDCLIX.

Quarti Symbolo Heroico, *duabus palmis*, quæ unà adoleverunt, recurva ad ſe capita inclinantibus, ad-

jectum

jectum lemma : NON DIGNIOR ALTER. Infra: NVPTA ALBERTO ANT. C. S. MDCLV.

Quintum in concha repoſitos habebat *duos uniones*, quorum alterum in conchæ medio, utpote qui ſolus maturuit, elegantia commendat. Lemma : AB VNA PROLE DECVS. Infra hæc explicantur clarius : NATO LVD. FRID. FILIO VNICO SVPERSTITE. MDCLXVII.

In Sexto ſpectabatur *tumba* ejus amplitudinis, ut bini defuncti commode potuerint inferri. Hoc indivulſi Conjugum Illuſtriſſimorum Amoris monimentum, ut nunc marmoreum perſtat, Inſignia Schwarzburgica ac Barbienſia ornabant. Inſcr. NE MANEAT SECVNDA VIDVITAS. Infra : MORTVA D. III DEC. MDCCVI.

Septimi & octavi ornamenti loca, e regione altaris, ſubjecta ſunt organo pnevmatico. In altero quæſtio proponitur:

ILLI CVR FACILIS , CVR TAM SPATIOSA SENECTVS ?

Subjectâ in altero reſponſione.

LIBERA QVOD VITIIS TOTA JVVENTA FVIT.

In hac templi parte lumina ſpeculis juvantur.

Organum pnevmaticum, ſupremo, eoque maxime obſcuro templi angulo, tegebant nubes, 16. pedum ſpatio patulæ, ac luce clara pellucidæ. Hæ inſtar machinæ de ſummo laqueari demiſſæ aperiebant poſtremum ſpectaculum : Sepulcrum , in quo ad *tumbam duplicem*, ſingulari deinde recenſendam deſcriptione, hinc adſident *Fides* (ut animi demiſſio ſignificetur ,) genibus innixa ; & juxta eam *Spes* : inde *Virtus*, e parazonio, quod loco paganæ ægidis gerit, agnoſcenda. Circa hanc diſperſa jacent varia ſigna *Liberalitatis*, *Prudentiæ*, *Doctrinæ* & pl. interque illa librorum congeries, quorum alii titulis ſunt notati Meditationum Sacrarum, quas bono publico typis

 quon-

quondam exſcribi curaverat Illuſtriſſima Comes. Poſt monimentum apparet cum *Formoſitas*, liliis ornata, ſymbolo Caſtitatis ac Pudicitiæ : tum *Dignitas* Ordinis, coronam comitum gerens. Cuncta hæc Mortis imago advolans atro involvere conatur velo. At per involucrum erumpens fama ſurgit in altum, ac medium opus pervolans, tuba aurea canit Comitis Illuſtriſſimæ Nomen, quod in ſcuto refert. Supra hanc ſuperſtitis in terra memoriæ imaginem altius aſcendit *Charitas*, quæ Apoſtoli effato non deſinit cum ſpe & fide ; Sed Cor ardens amore divino ad immortalem gloriam pervehit, ut claritate illuſtret perenniori.



Temporarias urnas excipiunt perpetuæ, nec non Epitaphia.

Divi Imp. Joſephi urna

Sumtuoſo opere ſculptili è Stanno conflata

S. CAES. ET CATH. MAJ.

juſſu Paternis eſt cineribus in Conditorio Cæſariano apud PP. Capuc. A. M. DCC. XII. juncta;

Breveſque Titulos ſequentes continet:

Circa Imaginem *D. JOSEPHI* in Numiſmate, quod Genius tenet, cujusque averſa Symbolum Joſephinum exhibet:

IMP. CAES. AVGVSTO.

JOSEPHO I.

SEMPER INVICTO

FRATRIS PIETAS.

In Sex Scutis, vulgò Cartouches, ante Subſcriptiones jam ordinatis abſolutiſque, quorum quatuor inſigniora vel ductu vel auſpicio Fratrum commiſſa prœlia Anaglyptico opere ſiſtunt, legitur:

1. VICTORIA PRIMIGENIA LANDAVIAM BIS EXPVGNANS. M.DCC.I. & M.DCC.IV.
2. VICTRIX CAVSA BARCELONAM LIBERAVIT. M DCC. VI.

2. VICTO-

3. VICTORIA MAXIMA BELGIO VNA EXPEDITIONE RECVPERATO.

4. TAVRINI LIBERTATEM EJVSDEM ANNI M.DCC.VI. MEMORABILIS FELICITAS ADSERVIT.

In 5. Compendium præcipuarum vitæ periodorum: COMMODATVS.
ORBI. M. DC. LXXIIX,
REGNO HVNGAR. M. DC. LXXXVII.
REGNO. ROMANOR. M. DC. XC.
WILH. AMALIAE. D. HAN. M. DC. XCIX.
IMPERIO. REGNO BOH. CETERISque PROV. M. DCC. V.
COELO REDDITVS. M. DCC. XI.
VICTOR VBIQVE PERPETVVS.

in Ult.
OSTENDVNT TERRIS HVNC TANTVM FATA.

* * *

Ornamentorum in Vrna Sepulcrali ſtannea
Reverendiſſ. & Sereniſſ. olim Elect. Trev. Caroli D. Lothar.
Symbola & Inſcriptiones.

Monimenti hujus, quod ſervatur in Mauſolæo Impp. Romanorum Vindobonnenſi, quatuor fulcra ſunt IV. Aquilæ Lotharingicæ cum cruce Lotharingica bis immiſſa.

Sic 1. Hieroglyphico ſenſu exhibent aquilas in Romanorum Heroum pompis funebribus Rogo alligatas;

2. Senſu Allegorico ipſam Aquilam Romanam, quæ tot cognationibus affinitatibusque Lotharingicæ Domus gloriam extollit;

3. Senſu Heraldico & proprio Telamones Teſſeræ Lotharingicæ, qui urnam, ſicut Inſignia ſuſtinent.

4. Crux

4. Crux Lotharingica, Archiepiſcopali ſimilis, primam Sereniſſ. Defuncti Dignitatem Eccleſiaſticam refert.

5. Quatuor angulis ſublato ſub aquilæ pede IV. ſcuta Teſſerarum; Trevirenſis, Oſnabrugenſis, Prumenſis & Weiſſenburgenſis locum inveniunt.

Duæ tedæ funereæ decuſſatim per *ſpineam Coronam* transfixæ ſuis locis ſimplici ornatu ad celebrem in Lotharing. Hiſtoria nidum aquilarum alludunt; Inprimis ad coronam, qua (in loco, quem tormenta Servatoris humani generis venerabilem reddiderunt) gentis Lotharingicæ ſidus, Rex Godefredus Bullionæus ſolùm voluit inſigniri; Tandem ad patientiam verè Chriſtianam, qua optimus Elector pertinacis morbi finem coronavit.

Quatuor ſcutorum primum & ſecundum ex utroque latere occupant Symbola Allegorica.

In 1. apparet *Aquila Lotharingica* volando ferens *Crucem Archiepiſcopalem* & *Gladium Electoralem*, eadem ſignificatione, qua Poëtæ etiam profano ſenſu Jovis aliti in cœlo & terra ſupremæ poteſtatis inſignia aſſerunt. Lemma:

FERT ORBIS COELIQVE DECVS.

In 2. Iſacus victimam ſe altari ante præbens, quam Patriarcharum numero adſcriptus, deſignat Allegorica imagine Reverendiſſ. Electoris præmaturum & acerbum funus, quum digna ſe conſtantia fieret

VICTIMA ANTEQVAM SACERDOS.

In Tertio Scuto Inſignia.

In Quarto ad Pedes Inſcriptio.

PIETATI ET MEMORIAE,
HIC SITVS EST
CAROLVS D. 6. DVX LOTH. CAROLI ET ELEONORAE. AVSTR. FIL.
QVEM PATRIA ACCEPIT XXIV Nov. M D C LXXX.
QVEM.

QVEMQVE PVBL. ECCLESIAE ET ROMANA RES
pOST MAGNI PRIORATVS CASTIL. ET EP. OLMI-
(CENSIS DIGNITATES
A. MDCXCVIII. EPISCOPVM OSNABRVG.,
A. MDCCXI. TREVIRORVM ARCHIEPISCOPVM,
SVMMI ARCHICANCELLARIORVM ORDINIS III. VIRVM
ET ELECTORALIS SENATVS IX. VIRVM
SVO BONO COOPTAVIT
QVEM VERO INVIDA MORS
LAXANS ARCTISSIMA CVM CAESARE
FOEDERIS, PROPINQVITATIS, AMORIS VINCVLA
EX EJVS AMPLEXV
VINDOBONAE IN PALATIO EXTORSIT. IV. DEC.
(MDCCXV.
TANTIS CINERIBVS ET MERITA
ET PATERNIS MATERNISQVE ATAVIS IMPP. EDI-
TVS SANGVIS SEPVLTVRAE LOCVM IN AVGG. MAV-
(SOLAEO
IVSSV IMP. CAES. CAROLI VI
ADSIGNARVNT.

Urnæ partem ſuperiorem ornans apparatus conſtat præter ſacræ Crucis præcipuum decus diſpoſitis negligenter, concinne tamen Dignitatum teſſeris, Pilei Gladiique Electoralis, Crucis Archiepiſc. Infulæ pedique Epiſc. Torquis S. Ordinis Melit.

* * *

Vrnæ eheu infelicis deſtinatæ Cineribus Archiducis Leopoldi.

Ornamentum primarium eſt infans exhibens *Luctum publicum* per tabulam funus indicentis: SVBTRAHA-
TVR

TVR OCVLIS ACERBVM FVNVS! Præſertim facie tecta ſignificat dolorem, qui ſub velo vultum, non æquè oris partem inferiorem obnubente, celari, ita exprimi neſcit. Ille ab ancora ſpei juxta ſe poſita removet velum pullatum in ſignum novæ fiduciæ. In Dextri lateris ſcuto Natalis exhibetur Symbolo, cujus corpus eſt *Iris*, teſſera divini foederis & nubilorum fugatorum.

Lemma: NOVA SERENITAS. MDCCXVI. IDIB. APR.

Infra: SVSCITABO SEMEN. 2. Reg. 7. 12.

In ſiniſtro lateris ſcuto emortualem diem notat iterum *Iris*, ſed diſpareſcens.

Lemma: PERITQVE REDITQVE.

Infra: MEMENTO DOMINE TESTAMENTI TVI. Judith. 9. 18.

In Tertio ſcuto Inſcriptio:

HAEC VRNA TEGENS OSSA
LEOPOLDI ARCHIDVCIS ET PR. ASTVR.
IMP. CAR. VI FIL. DIVI LEOP. NEP.
CONDIT ET OSTENDIT
SPEM PVBLICAM.
CETERA LACRIMIS MAJORA.
VIXIT ANNVM - - - DIES - - -

Portæ, quæ aperit aditum ad Mauſolæum Cæſarianum, deſtinatur ſimplex Ornatus *cadaveroſi capitis laureati* in baſi, quam utrinque interſecant *Sceptrum* & *ligo*, uti morte æquantur & confunduntur. Adſidentes utrinque genii repræſentant *Mortalitatem*, & *Evaneſcentia fortunæ bona*. Dum alter lugubri panno velatus d. tenet Diadema Imperatorium corona radiata circumdatum, S. faculam extinctam, ut innuat, non omnem morte termina-

ri

ri ſceptrorum gloriam. Alter canaliculo bullas inflat & gremio tenet depoſitam *coronam Archiducalem* ; in qua tamen tranſverſa ſuperpendit haud marceſcens *corona cupreſſea* , Symbolo variato , ſervata ſignificatione.

Titulus eſt :

HVNC SIBI QVIETIS LOCVM
EX TOT REGNIS SVIS SVMSERVNT
POST IMP. RVD. II.
CAESARES ET AVGVSTAE SERENISS. FAM. AVSTR.
VT , QVISQVIS LEGIS , SACRO HORRORE PERFVN-
(DERIS ,
SIC COGITA :
QVAM SVMMA VERTANTVR !
ET ADDE DIGNAS TANTIS CINERIBVS PRECES.

Sequens inſcriptio deſtinata fuit

Averſæ parti Aræ,

Quam cellâ refectâ & ampliatâ, urnisque ex ordine collocatis marmoream poſuit

AVGVSTISS. IMP. CAR. VI.

HVC MENTEM POTIVS QVAM OCVLOS VIATOR:
NE SITV ET APPARATV MAIESTATEM LOCI,
SED MAIESTATE ROMANA AVSTRIACAM MODESTIAM
METIARIS.
QVOD IN AVGVSTI, HADRIANI, SEVERI MOLIBVS
MIRABATVR OLIM. S. P. Q. R.
ID TIBI LAPIS EXIGVVS
PARVM SPECTABILIS CRYPTAE SISTIT:
AETERNOS PRINCIPES
PRISCAE ROMAE ET CAESARVM MAVSOLEIS
SVPERSTITES.
STVPES IVRE MERITOQVE.
NAM SI CLAVDERE POTEST TANTILLA CELLA
MORTALES EXVVIAS
MATHIAE, FERDIN. III., FERDIN. IV., LEOP., IOSEPHI,
CAPITVM MVNDI;
ET
ANNAE IMP. MATHIAE;
MARIAE ANNAE, MARIAE LEOPOLDINAE, ET ELEONORAE IMP. FERD. III.;
MARGARITAE ET ELEONOR. MAGD. THER. IMP.
LEOPOLDI
AVGVSTARVM;

NEC NON PRINCIPVM IVVENTVTIS
LEOPOLDI WILH. EP. & GVB. BELGII., FIL. IMP. FERD. II.;
PHILIPPI, MAXIMILIANI THOMAE, CAROLI IOSEPHI,
EP. & M. MAG. ORD. TEVT., FERDIN. JOSEPHI ALOYSII,
FILL. IMP. FERD. III.;
FERDINANDI WENCESL., IOANNIS, ET LEOPOLDI
FILL. IMP. LEOP.;
LEOPOLDI IOS. FILII IMP. IOS.;
LEOP. FIL. IMP. CAR. VI.
SERENISSIMARVMQVE ARCHIDVCVM,
MARIAE THERESIAE, MARIAE ANNAE, ELEONORAE,
REG. POL. ET D. LOTH. FILL. IMP. FERD. III.;
MARIANNAE, ANNAE MARIAE IOS., MARIAE IOS.;
MARGARITAE, MARIAE ANTONIAE, MARIAE THE-
RESIAE, MARIAE JOS. FILL. IMP. LEOP.
CAROL. IOS. IGN. ELECT. TREV. FIL. ELEONORAE
AVSTR.
ILLA TAMEN,
VT INGENTES ANIMAS, PIGNORA COELESTIA,
NON CAPIT;
ITA NEC IMMORTALIA CAESARVM NOMINA,
NEC VIRTVTVM EXEMPLA,
NEC BENEFICIORVM MERITA,
NEC RERVM PACE BELLOQVE GESTARVM DECORA,
NVLLIS ANNORVM, TERRARVMVE SPATIIS
TERMINATA,
COMPLECTITVR.
QVODSI NE SERVANDIS QVIDEM SACRIS CINERIBVS
CONDITORIVM HOC PAR RELINQVATVR
A TEMPORVM EDACITATE:
SERVABIT IPSIVS MONIMENTI MEMORIAM
IMP. AVGVSTI CAROLI VI. PERENNIS PIETAS,

QVAE

QVAE INTER PRIMAS IMPERII CVRAS
CRYPTAM HANC A DIVO IMP. MATHIA APVD P.P. CAPV.
FVNDATAM
SIMPLICI ORNATV
TESTE GENTILITIAE MODESTIAE
ABSOLVIT. A. CH. M. DCC. XII.

* * *

Inſcriptio Urnæ Stanneæ in Conditorio Princip. Schwarzburgicorum Sonders-huſano.

D. O. M.
ET
MEMORIAE
OPTIMAE DVLCISSIMAEQVE FILIAE,
JOANNAE AVGVSTAE
PRINC. SCHWARZBVRG. COM. HOHN.
PARENTIBVS COMMODATAE
MDCLXXXVI. XV. KL. OCT.
COELO RESTITVTAE MDCCIII. V. NON. APR.
QVAE RARO EXEMPLO,
QVOD HEROES GLORIA
DOCTOS RATIO
PHILOSOPHOS DISCIPLINA
CHRISTIANOS PRAECEPTORVM VIS
CAETEROS MORTALES FATI NECESSITAS
VIX AC NE VIX QVIDEM DOCET,
DIVINA GRATIA ET INDOLIS BONITATE PRAE-
STITIT,

DVM AEQVABILI IN OMNI VITA TERRENORVM CONTEMTV
IVVENTVTIS ET FORTVNAE ILLECEBRAS,
MORTIS TANDEM VERE CHRISTIANA EXSPECTATIONE
SEXVS ET AETATIS TENERITATEM SVPERAVIT,
TVRBATO MORTALITATIS ORDINE
M. H. P.
MOERORE CONFECTA MATER
WILHELMINA CHRISTIANA
PRINC. SCHWARZBVRG.
NATA D. SAX. J. C. & M.

Inſcriptio Vrnæ marmoreæ majoris duplex continentis Funus in Conditorio Princ. Schwarzburgicorum, quod Rudelſtadii eſt;

IN MEMORIAM
BEATISS. PER XLII. AN. CONIVGII,
NEC NON SOLATIVM IACTVRAE
SOLA MORTE REPARABILIS,
OPTIMAE CONIVGI
ILLVSTRISS. AEMILIAE JVLIANAE,
VLT. COM. BARB.
ET SIBI
MORTALITATIS MEMOR
ATQVE PRO CONIVGE LVCTVM AMANS
HOC SEPVLCRVM POS.
ALBERTVS ANT. E. IV. COM. IMP. C. S. ET H.

AN.

AN. REPAR. SAL. MDCCVII.
VT COMMVNIS HIC LAPIS,
QVVM LAVDES TANTAE FEMINAE NON POSSIT CAPERE,
NEC AMORES FINIAT;
SED IN IVNCTIS, EX VOTO DEFVNCTAE, CINERIBVS
SECVNDAM VIDVITATEM IMPEDIAT.

* * *

Epitaphium pro Monimento marmoreo, quod Patri optime merito deſtinavit Reverendiſs. & Celſiſs. Archiep. Salisb.

D. O. M. SACRVM.
CONDVNTVR HOC LAPIDE BVSTA
EXCELLENTISSIMI ET ILLVSTRISS. S. R. I. COMITIS
FERDINANDI BONAVENTVRAE AB HARRACH,
CVIVS ANTIQVVM GENVS LOQVITVR IPSVM NOMEN,
NEC LOQVVNTVR MINVS VIRTVTVM TOGATARVM PRAESTANTIAM
AVREI VELLERIS DECVS,
SENATORII ORDINIS PRINCIPATVS,
ET SVPREMA AVLAE CAESARIS PRAEFECTVRA,
PAVCIS,
AMPLISSIMAR. DIGNITATVM SVMMA OMNIA;
QVAE DOMI IVDICIO

OPTIMI ET SAPIENTISSIMI CAES. LEOPOLDI,
FORIS III. LEGATIONIBVS,
APVD PHILIP. IV. ET CAR. II. HISP. REGES,
NEC NON APVD LVD. XIV. GALL. REGEM,
EMERITVS EST.
TANTI PATRIS PIIS MANIBVS,
VT AVORVM HONORI,
VIVORVM DESIDERIO,
POSTERORVM MEMORIAE,
FRATRVM SVAEQVE PIETATI
CONSVLERET,
HOC QVALECVNQVE MON. POS.
FRANCISCVS S. R. I. COM. AB HARRACH ARCHIEP. SALISB. &c.
BENE VIXIT ANN. - - - - MEN- - - - DIES.
OBIIT VT VIXIT A. CH. M. DCC. VI. D. XV. JVN.
IN THERMIS CAROLINIS BOHEM.

Inſcr.

Inſcriptio Monimenti marmorei,

Quod curâ Illuſtriſſimi & Excellentiſs. S. R. I. Com. LEOP. IOSEPHI SCHLICKII, S. Cæſ. & Cath. Mai. Conſiliarii Int. Regni Bohemiæ Cancellarii Supremi, nec non Generalis Campi Mareſcalli, inter ſagatas artes omnis eruditionis arbitri, Pragæ maximis impenſis poſuit

FAMILIA WRATISLAVIANA.

Structuram excedentem Altitud. 30. Ped. invenit & delineavit Dn. Joan. Bernard. Fiſchers ab Erlach S. C. M. primus Architectus.

Breviorem hunc primum Titulum volans Fama inſcribit Obeliſco ſupra Vrnam prominenti, quam alias inter Statuas tegit ipſa Illuſtriſſimi Defuncti cubantis & moribundi imago

D. O. M. S.

REVERENDISSIMO

ILLVSTRISSIMO

ET EXCELLENTISSIMO VIRO

IOANNI WENCESLAO

S. R. I. COMITI

WRATISLAV DE MITROWIZ &c.

TERTIO SVAE GENTIS IN BOIAEMO

ORD. EQV. S. IO. MAG. PRIORI

S. CAES. ET REG. MAIESTATIS *

A SECRETIORIBVS CONSILIIS

ATQVE REGNI BOIAEMI SVPREMO

CANCELLAR.

* In Genit. ut antiqua Marmora AUGUSTI A STVDIIS.

Sequentia hæc Molis infimâ Baſi continentur:

QVEM PATRIAE ET ROM. IMPERII VTILITATIBVS PVBL.
DOMI FORISQVE TVTANDIS
NATVM FVISSE,
DOCENT MERITA AETATE MATVRIORA,
SAGACITAS PROBATA BELLI PACISQVE CONATIBVS,
FIDES IMTEMERATA,
LABOR NVLLI IMPAR NEGOTIO,
GRAVIS COMITAS,
LIBERALITAS ANIMO SORTEQVE DIGNA,
DOCTRINA, SINCERA PIETAS, ET CONSTANTIA
IPSIS LENTAE MORTIS DOLORIBVS INVICTA.
QVEM PARITER SVPRA TITVLOS ET ANTIQVVM
GENVS EXTOLLVNT
LEGATIONES PRO EVROPAE SECVRITATE SVSCEPTAE,
FOEDERA CVM BRITANNIS ET BATAVIS
PRO SOCIORVM COMMVNI GLORIA,
TANTISQVE CAESARVM TRIVMPHIS PROCVRATA,
NEC NON GERMANIA IMMINENTE PERICVLO
BIS LIBERATA,
PRIMVM INTRA RHENI DANVBIIQVE TERMINOS
PER CONCORDIAM DVORVM NOSTRAE AETATIS
SVMMORVM BELLI DVCVM,
QVORVM AEMVLAM VIRTVTEM AMICA EJVS
PRVDENTIA SOCIAVIT,

AC

AC ILLVSTRI TRIVMVIRATV FIRMAVIT;
DEINDE IN SAXON. CONSILIOR. SOLA VI,
PRAESENTIAEQVE AVCTORITATE.
NEQVIQVAM LAVDES HIC EXSPECTAS, VIATOR.
INTVERE FESTINATAS SVMMAS DIGNITATES,
QVIBVS TRIVM MAGNOR. IMPP. OPTIONIBVS,
REGVM, PRINCIPVMQVE EXTEROR. ASSENSV,
AD POSTEROS
TRANSMISSVS CONSILIORVM FRVCTVS
DIGNISSIMVM EXHIBET.
DIV, QVIA BENE, VIXIT. AN. MEN. D.
PVBLICAE TAMEN REI, SVIS, BONISQVE IMMATV-
RE EREPTO
SOLATIVM IN LVCTV QVAERENTES HEREDES
AGNATIQVE
M. H. FACIVNDVM CVRAV. A. CH. M. DCCXV.

* * *

Epitaphium Illuſtriſſimi Comitis & Dom. de Rappach.

CAROLO ERN. COM. ET DOM.
DE RAPPACH,
S.ae C.ae ET CA.ae MAI.i A CONSILIIS BELL.
A SACRO CVBICVLO, PRAETORIO ET ARCHI-
DVCALIB. ARMAMENTARIIS PRAEFECTO, VRBI
ET COHORTI PRAESIDIARIAE PRO-PRAEFECTO
GENER. CAMPI MARESCALLO.
HEREDITAR. AVSTR. BACILLIFERO.

PATRI OPTIMO FECIT FIL. CAROLVS EX ASSE HERES.

VIATOR, SI VIVA POST MORTEM AMICORVM TESTIMONIA SVSPICIS; NVLLVS LAPIS ELOGIVM CAPIT. NAM SVBLATA VIRTVS INVIDOS PERDIDIT, AMICOS VERO HABET OMNES, SVPERIORES, PARES, INFERIORES, DOCTOS, ARTIFICES, IMMO PEREGRINOS, QVOS OBSEQVIO, FIDE, BENEFICIIS, TVTELA, HOSPITALITATE DEVINXIT.

NAT. AN. M.D.C.XXXXVII. ADVERSIS LETALIBVSQVE VVLNERIBVS DECORVS VIXIT IN ARMIS ANNOS , ... , . IN MATRIM. CVM . . . .

LIB. B. A GERSDORF, IN VRBIS PRAESIDIO . . . .

* * *

Epitaphium Illuſtriſſ. fam. Comitis ab Enkevoirt in prædio.

D. O. M. S.

MARIAE IOSEPHAE
FILIAE VNICAE DESIDERATISSIMAE
POSTREMAE GENTIS ENKEVOIRTIAE SPEI
IN PRIMO AETATIS FLORE
FATO PRAEPOSTERO EREPTAE
INFELIX PATER
HADRIANVS WENCESL. S. R. I. CO. AB
ENKEVOIRT S. C. MAI. CVBICVL. REGIM. AVST. INF.
CONSIL. REGENS.
MONIMENTVM
AB EIVS PIETATE EXSPECTATVM

PO-

POSVIT
A. MDCCXIX.
NON VT OSTENDERET DOLOREM SECRETVM;
SED VT PROVOCATI AMORIS DOCVMENTVM
NEC NON GENTILITIVM NOMEN,
QVOD SOLA NVNC MAIORVM MEMORIA VIVIT,
POSTERIS SERVARET.
DEINDE
VT MORTALITATIS MEMOR
EVNDEM TVMVLVM
ET SIBI ET CONIVGI CARISSIMAE
MARIAE IOS. RVRERTAE NATAE S. R. I. COM. DE
WEISSENWOLF.
EXSTRVERET.

* * *

Olim in Funus Amici, qui infelici duello cecidit.

PARCE MANIBVS INVIDIA!
POST FATA
NON INVIDENDA, SED INDIGNA MERITIS
GENEROSI &c.
QVI
FAMAM APVD BONOS QVOSQVE PIETATE, LITTERIS,
ET MORVM NON PROBITATE MINVS,
QVAM CVLTV PARTAM,
AB INIVRIA VNIVS INIMICI
IPSO SANGVINE VINDICARE COACTVS EST.
SIC
CVI INNOCENS VITA EXISTIMATIONEM,
NOCENS EXISTIMATIO MORTEM PEPERIT.
VIATOR!

SI

SI FAMAM CVM VITA PONIS,
AEQVVS ESTO ARBITER INFELICIS CERTAMINIS;
QVO
CESSANTE VINDICTA PVBLICA,
ET QVASI POSTLIMINIO A NATVRA REDDITO
SE TVENDI JVRE PROPVLSANDAM CREDIDIT,
NON A CORPORE AERVMNAM,
NON A CAPITE INJVRIAM;
SED A VITA CONTVMELIAM,
QVOVIS PERICVLO INGENVIS TERRIBILIOREM.
DE DIVINI RECESSV JVDICII
QVOD VIVVS ADHVC IMPLORAVIT,
MINVS ESTO SOLLICITVS,
QVAM DE HVMANI CORRIGENDA PERVERSITATE,
NE LAESOS POST INJVRIAM,
MALORVM OMNIVM RELIQVA,
AVT TVRPIS VITAE DEHONESTAMENTVM,
AVT INDECORAE MORTIS
IMO ANIMAE PERICVLVM MANEAT.
VIXIT. AN - - - -
VIDVAM RELIQVIT - - - -
CVM ORBIS - - - -

MORS REGIS SVECIAE
CAROLI XII.

CELEBRATA STILO MAGIS ELOGII QVAM INSCRIPTIONIS LIMITIBVS RESTRICTO.

AD EXEMPLVM BREVIARII IMPERII AVGVSTAEI IN TABVLIS ANCYRANIS.

CAROLI XII. SVECORVM GOTHORVM ET VANDALORVM

REGIS, IN BELLO A POTENTISSIMIS GENTIBVS ILLATO ET OMNEM IN ARMIS SPEM RELINQVENTE, RES COMITE FORTVNA GESTAS ENVMERENT MONIMENTA PVBLICA.

POSTERIS OB OCVLOS PONANT JVVENEM HEROEM BIENNIO TRIA BELLA (NISI INTVTAM PACEM ARMIS POSTHABVISSET) CONFICIENTEM ; BIS MARE BALTICVM INTRA VI. MENSES TRAIICIENTEM, PRIMVM PACANDAE DANIAE, DEINDE VT VLTRA CENTVM MILLIARIA ITER APERIRET AD PROFLIGANDA VNIVS LEGIONIS(*) DVARVMQVE OPE COHORTIVM MVNITA VALLO LXXX. RVSSORVM MILLIA ; DEPINGANT NARVA RIGAQVE LIBERATIS CONTRA TVENTIVM DVNAE RIPAS TORMENTORVM ET VALIDI EXERCITVS FVLMINA PROPVLSATVM BELLVM ; COPIARVM VBIQVE PAVCITATEM ; VICTORIARVM CAPTARVMQVE VRBIVM NVMERVM, IN ILLIS LEOPOLIM POLONIAE MVNIMENTORVM CAPVT SIMPLICI ASSVLTV EXPVGNATAM ; EXPEDITIONVM CELERITATEM, EXCVRSIONVM DISCRIMINA, CONSILIORVM VIM, PACIS RASTADIENSIS MIRACVLA, TOT PROVINCIARVM IN VICTORIS MANV SECVRITATEM, ET VICINORVM TRANQVILLITATEM.

SISTANT CONTINENTIAE VOLVPTATIBVS INDOMITAE, CONSTANTIAE IPSIS VVLNERVM DOLORIBVS INVICTAE, FIDEI VTILITATE ANTIQVIORIS E-

AM

(*) Romanæ ſcil. VI. millia efficientis.

AM IMAGINEM, QVAM VIVAM EXHIBVIT CORPVS PROCERVM, COMPACTVM, LABORVM PATIENS, NVLLIS CVLTVM MVNDITIIS, DECORVM NATVRA ET INCOMPTA MAIESTATE.

LOQVANTVR EDOCTAS AB INEVNTE AETATE BELLI ARTES, OMNIA, MINIMA, MAXIMA PER SE TRANSIGENTES; INPRIMIS FORTITVDINEM AB IRACVNDIA ET OSTENTATIONE ITA ALIENAM, VT NVLLVM ILLI FEROX VERBVM EXCIDERIT; VT OFFICIIS NIMIVM TRIBVENDO SVAE SVORVMQVE VIRTVTI DEBITAS DETRAXERIT LAVDES.

CELEBRENT VIRTVTEM EXEMPLO FORMANTEM VETERANI MILITIS ROBVR, HAVD DISSIMILE PRISCO ROMANO, QVOD DESIDENTES MORES ET LVXVS NONDVM CORRVPERANT.

EXTOLLANT IN CASTRIS RELIGIONEM, IN ARMIS LEGVM REVERENTIAM, IN SECVNDIS AEQVAM MENTEM, ERGA SE PARSIMONIAM, IN ALIOS LIBERALITATEM, VBIQVE VIGILIAS, QVIBVS SVPRA MILITES NIHIL HABVIT PRAETER IMPERIVM ET PECTVS REGIVM.

HIC PRIVATA PIETAS OSTENDET NON LAETA, SED TRISTIA, ADVERSA, NON PROSPERA; HEROEM IN VTRAQVE FORTVNA VIVENDI GENERE VNICVM, MIRABILIOREM, CLARIOREMQVE, CVM VVLGVS MINOREM CREDERET; OBRVTVM MVLTITVDINE, AT TVNC DEMVM, QVVM PESTIS LIVONIAE ADITVS APERIRET, QVVM IN PERVIIS NEMINI SARMATICIS DESERTIS (a) INSOLITI FRIGORIS MALA MINVERENT MILITVM ROBVR, NON DVCIS. (*b*)

NAM

NAM ILLE LETALI VVLNERE SAVCIVS (c) NVLLI SE CLADIS PVLTAVICAE (d) VEL DISCRIMINI, VEL MOLESTIAE SVBDVXIT, ET NE TVNC QVIDEM AD INIQVAS PACIS CONDITIONES REDACTVS, CVM AB HOSTIVM MANIBVS NIHIL EVM LIBERARET, QVAM CONATVVM AVDACISSIMVS (e) CVIVS NON IMPETV, VERVM INCREDIBILI SEX ANNORVM TOLERANTIA HOSTEM PROVINCIA TANAITARVM ET NAVALI APPARATV EXVTVM; TANDEM EX INTERNECIONE VIX ELABENTEM VIDIT.

NON IPSE QVIDEM SECVRIOR INTER BARBAROS; QVIPPE REDACTVS EO, VT FOEDAE DEDITIONI MORTEM PRAEFERENS (f) COGERETVR LIBERTATEM ET CONIVNCTAM CVM ILLA PROVINCIARVM SALVTEM SVPRA VIRIVM HVMANARVM MODVM TVERI, POSTREMO DVABVS TANTVM DEXTRIS ADIVTVS, NEC INVLTVS, IN PVGNA TERGEMINAE ROMANAE SIMILI; AT NON CONTRA TRES ALBANOS, SED CONTRA TVRCARVM ET TARTARORVM EXERCITVM.

REDVX ITER A PONTO EVXINO AD BALTICVM ABSOLVIT CELERIVS, QVAM ALII SE ACCINGVNT. IBI VIRIBVS INFERIOR INFELICITER TENTATA ARMA CONTRA FOEDERATOS POTENTES EXERCITVS EODEM ANIMO REPETIIT, QVO OLIM VICTORIAS, PRIMVS LAETVSQVE IN CONFLICTV, POSTREMVS IN MOENIBVS.

SVPERATVS ITERVM, HAVD DEVICTVS, SED IN QVOVIS EXTREMORVM TIMENDVS MAGIS, QVAM METVENS, OCEANO PRAEBVIT SPECTACVLVM SCENICO NON IMPAR MIRACVLO: PARVA RATIS PRO FLVCTIBVS EXPOSITA GLACIALIBVS MOLIBVS INTEMPESTA NOCTE VEHEBAT FORTVNAM SVECIAE.

TRE-

TREMEBANT SPECTATORES OMNES PRAETER REGEM, CVIVS NEC CASTRIS MOENIBVSQVE AMISSIS, NEC INSTANTE HOSTE, NEC PERICVLORVM VLTIMO LABENS ANIMVS, QVAM PRIMVM SVIS REDDITVS, PER MAIORA DISCRIMINA RES IVRE GENTIVM REPETITVM IVIT. NIMIRVM PER RIGENTES NIVIBVS ET (VIRTVTI SI QVID INVIVM ESSET) INEXSVPERABILES NORVEGIAE ALPES.

HIC (O QVANTVM CASIBVS SVBSVNT HVMANA MAXIMA!) HIC INTER RECONCILIATAE SIBI FORTVNAE BLANDITIAS, IN IPSO INGENTIVM RERVM EVENTV, MORS HEROEM, QVEM VINCERE NON POTVIT COMINVS, EMINVS SVSTVLIT, STANTEM, (VT DECET BELLI DVCEM) ET MVNIA OBEVNTEM IN OBSIDIONE ARCIS, CAROLINO NOMINE NON MINVS QVAM FRIDERICIANO NOBILITATAE.

ITA VIXIT XXXVI. ANNOS DIES ... IN PERPETVO ET CVM VITIIS ET CVM HOSTIBVS BELLO, QVOD PER XX. ANNOS GESSIT MAIORI CVM VIRTVTE, QVAM FELICITATE; IMO PARI FELICITATE. SI MORIENTIVM PRO PATRIA, QVAM VINCENTIVM, NON MINOR EST GLORIA; ET ILLA MORTALEM VLTRA VITAM VIVERE, SI FELICITAS EST.

ITA CECIDIT ANNO MDCCXVIII. D. XXX. NOV. PRO SVIS SE DEVOVENS BELLI VICTIMA, MORTE, INNOCENTISSIMIS IN IVSTO BELLO MORIBVS ET MAGNIS AVSIS VT INDIGNA; SIC DIGNISSIMA GVSTAVIANAE GENTIS HAEREDITARIA GLORIA ET HEROE, QVI NVNQVAM EXISTIMAVIT, SE PRO PATRIA POSSE FORTIA NIMIS FACERE AVT PATI, CER-

TE AB HANNIBALE, PYRRHO, MITHRIDATE, POMPEIO INVIDENDA.

AT QVONIAM ISTE CASVS REGEM LAVREA LABORES IAMIAM CORONATVRA; REGNVM FRVCTV PRIVAVIT FIDEI, QVA GENTIVM NVLLI CESSIT, O INFELIX VIRTVS! SIBI PER OMNEM VITAM SEVERA, AMICIS INVTILIS, ET VIX SVIS GRATA; INFELICIOR! SI POSSET ISTA SORTIS INIQVITAS IMMINVERE SVORVM AMOREM, QVO CAROLVS FORTVNAM REGIAM ET AETATIS FLOREM VILIORES CENSVIT; ET QVO CIVITATVM INTEREST, NE DEFRAVDENTVR DECII.

HABET SVBLATA, VT VIVA OLIM, VIRTVS AEQVVM AESTIMATOREM, QVEM IN ADVERSIS AMICVM PROBAVERAT, ALTERVM HERÖEM *CAROLVM, MAGNVM CAESAREM.* CVIVS AVGVSTAE ET CVM FELICITATE ORBIS CONIVNCTAE BELLI PACISQVE GLORIAE ALIA NEQVIT OBSTARE. HABET MAGNANIMORVM HOSTIVM NVLLVM ACCVSATOREM. HABET SVI CONFESSIONEM EXERCITVS, PLVS IN CAROLO VNO FVISSE, QVAM IN COPIIS, NAM CVM EO NVNQVAM SVVM, NVNQVAM HOSTIVM COMPVTARVNT NVMERVM. HABET EXEMPLA, ET QVVM DIMICANDO SOLVS TARTAROS TVRCASQVE SVSTINERET, ET QVVM NON DIMICANDO VIX EXANIMATVS INERMEM RELINQVERET EXERCITVM; IMMO (NE MINORIS CONSILII HABEATVR, QVAM CONSTANTIAE) QVVM ARMIS, AERE, AVXILIO, OMNIBVS, PRAETERQVAM ANIMO DESTITVTVS; TAMEN EXTORRIS VII. VEZIRIORVM SORTEM, HOMO VIX INTER VIVOS CREDITVS, OBSEQVIVM IMPERARET.

PRO-

PROCVL HINC CALVMNIAE! PROCVL A REGIO CADAVERE TOT ADVERSIS CICATRICIBVS (g) NOBILI! NON EST IMBELLIVM IVDICARE DE HEROVM FACTIS; SAPIENTVM NON EST FACTA EX EVENTV NOTARE. AVT SI IVDICENT, VT SCIANT, QVANTVS FVERIT CAROLVS, COGITENT: QVOT QVANTOSQVE METV LIBERAVERIT EIVS MORS; ET QVANTA FORTVNARVM MOMENTA ILLVD TEMPORIS PVNCTVM VERTERIT.

NEMO SINE LABE. SI IN EXTREMA DELAPSVM EST, IN EAM EST INCLINATVM PARTEM, IN QVA RARO DEGENERATVR.

Eccleſiaſticus 16. 25.

In duobus contriſtatum eſt cor Sapientis:
Vir bellator deficiens per inopiam,
& Vir Senſatus contemtus.

Non erit abs re, his quædam minus nota adjicere ex ore teſtium oculatorum & exceptione majorum.

(*a*) Quorum initium in aditu Silvarum ac paludum, quæ Poloniam & Severienſem provinciam dividunt. Iſta incolarum fugâ, non minus, quam locorum iniquitate, invia, haud procul ab oppido Smolensko uſque ad Novogrodiam Sevirsky, itinere XIV. dierum exercitus eſt emenſus. Nobilitaverant antè Ruſſi oppidum Holofſin ſua ſtrage d. IV. Jul. MDCCVIII. Vabiſsâ & aggerum munimentis malè defenſi. Ubi Regem ducem ſecutæ erant copiæ per Vabiſſam flumen, medio alveo tam profundum, ut non potuerit equis niſi natando, nec peditibus minùs proceris ſine aliorum auxilio trajici.

 Exem-

Exemplum dederat Rex, qui Adlerfeldium ad latus ſuum undas haurientem ſublevaverat. In ipſo conflictu fortiter pedeſtris cuſtodiæ ſignum inferentis centurionis N. Gyllenſtierna at gravi vulnere confecti locum, equo deſcendens occupaverat, atque ei detracto pilo in primam aciem proceſſerat.

(*b*) A. MDCCIX. quum poſitis ad *Hadias* in Vcrania caſtris prætoriis una nox de penetraturo in Ruſſiam exercitu tria millia aut mutilavit algore, aut conſumpſit.

(*c*) d. XVI. Jun. ſt. vet. in ejus natali; Dum caſtra munitiſſima deſerentem hoſtem propè Pultaviam perſequitur Rheinſchildius. Vbi inſequentis & ſitum exploraturi Regis ſiniſtrum pedem ex altera ripæ parte glans bombardæ Coſaccicæ ita feriit, ut ſupra extremum calcem vulnus apertum per integræ plantæ longum continuaret, abriperetque medium pedis digitum, non minore in nervorum extremis cum dolore, quam periculo. Tanti caſus nuncii revocarunt Ducis Wirtenbergici & Dukeri legiones jam intra tormentorum jactum hoſtibus imminentes. Itaque ut eventus exſpectaretur, injuſſu Regis pugna infeliciter dilata hoſtium receptui locum dedit.

(*d*) Erat ſequente die XXVIII. Jun. ſt. vet. collatis a prima luce ſignis jam aggerum munimentis ejectus hoſtis, atque in fugam ita propulſatus, ut Rheinſchildius victoriæ ſecurus & lecticæ Regiæ aſſidens jure potuiſſet Regem, de ſatis explorato rerum ſtatu dubitantem, haud redituri hoſtis fugâ confirmare. Niſi Rooſium propugnacula ſingula haud opportune occupantem mora ſeparaſſet ab exercitu; Et niſi tot cohortium in propugnaculis a tergo apertis deprehenſarum jactura hoſti animos dediſſet, prœlium de improviſo redintegrandi; Carolumque docendi: Virtute fortunam eſſe potentiorem. In iſta internecione Rex ſolus Ducum & primorum, quos ſors

ſors vel animus ipſi non junxerat, cum Satellitibus exitum ſibi ex hoſtium manibus in loco tam infido fecit. Inter pugnæ diſcrimina Regem ſaucium lectica ferebat XXIV. peditum & VIII. equorum alterna ope, donec militibus, qui geſtabant, ad tres uſque cadentibus & equis ſublatis aut diſperſis, ipſaque tandem lectica deſtructa, de vehiculo expeditiori cogitaret. Hic Carolus ſolutum vulnus negligere, libertati proſpicere, ſatellitis equum conſcendere, atque hoc tormenti ictu proſtrato, alium accipere a ſatellitum Subcenturione Joanne Giertta ſibi oblatum. Quem vero, etſi ipſe ſaucius eſſet, ſua non fefellit pietas. Nam miro caſu ſupervenienti Regis equo a fratre equorum domitore impoſitus per hoſtium ſilvas inſidentium turmas cum Rege perrupit. Poſtea Benderæ ob factum egregium numero nobilium & tribunorum, deinde *Generalium Majorum* a Rege adſcriptus; Tandem poſt Regis obitum Holmiæ a Regina & Regni Ordinibus inter *Generales Locum tenentes* & Barones eſt cooptatus.

(*e*) Quum ſupra omnium cogitata viam inveniret per flumen Hypanin (Sarmatis *Bog* dictum) transducendi & ſervandi cladis Pultavicæ reliquias. In iis erant omnes fere vulnerati. Generalis Major Lagerkrona, Generalis Major Axelius Sparre, Generalis Poniatofsky. Tribuni aliiq; officiis aut genere præſtantiores Daldorf, Wangersheim, Gyllenkroc, Hordhe, Oetenſtet, Giertta, Grothuſen, Funk, Duwal, Falkenberg. Thuro Bielke, Leyonhufwud, Silverhielm, Koskuld, Arfuedſon, Poſſe, Ribbingiorum quinque, Torſtenſoniorum duo, Alfendehl, Roos, Roſen, Schomber, Gyllenkloo, Silverſparre, Regi a Cubicul. Klingſtierna & Duben, &c. &c. A Lœwenhauptio enim, qui legionibus extra prœlium reſervatis præerat, Rex non potuerat impetrare, ut obtempera-

 ret

ret Sibi, ultimum diſcrimen cum iſta copiarum paucitate ſubituro, utque tanti ille capitis periculum in ſe ſuſciperet. Conſentit demum Rex ea ſancita lege, ut *Lœwenhauptius tot victoriis inſignis formata phalange quadrata non inultus tentaret extrema; Ac intutæ deditioni aut victoriam aut honeſtam mortem anteponeret. Nullis fidat promiſſis; quibus ſi crederet, id tantum ſit effecturus, ut quos putaverit ſervare, bis perdat; Primum Regi, deinde ſibi ipſis turpi ſervitute, ingenuis ſubita cæde longè funeſtiori.*

(f) Interceptis per XII. emiſſos militum præfectos literis, quibus ſignificabatur, qua ratione a Tartaris itineris comitibus hoſti ſit prodendus Rex; maluit ultima experiri, quam Regno ſuo ad liberandum Se iniquas conditiones proditus imponere. Aderant ex XXXX. millibus Tartarorum, qui Regem in Poloniam erant comitaturi, X. millia, quibus ſociabatur fixum loci præſidium; Ianiſſariorum II. millia, & equitum leviorum II. millia. His copiis Rex de proditione, non Turcarum, ſed Tartarorum certior redditus & proinde renuens profectionem, per tres ſeptimanas obſidebatur; Dum M. Vezirii & Tartarorum artibus omni prorſus ad Sultanum aditu intercluſo eludebatur, quidquid tentaminum excogitari poterat ad illum de rerum ſtatu informandum. Vertebant potius hanc moram ſuos in uſus inimici, ut contra Regem ſuſpectum ſeverius mandatum de vi cogendo abitu elicerent. Continuerant ſe Tartari usque ad pridie Calendas Febr. MDCCXIV. St. vet. Tunc vero diſceſſum vi urgentes exploſis jam plus vicies tormentis inaudito clamore *Alla* ſignum pugnæ dabant. At Janiſſariorum peditum & equitum leviorum, contraria vociferatione *Olmas* (*nolumus*,) nec non ipſa eorum acie intermedia retinebantur. Poſtridie illius diei Janiſſarii ſcripto manda-

to

to convicti ipſis Calendis Februarii, quæ cultui divino ſacræ erant, per ultro legationem ſuſcipientes præfectos precibus, conſiliis & promiſſa fide inſtant; Regi operam & ſecuritatem ſpondent tantam, quanta opus foret, etiamſi nollet Sultanus; jactantes ſuam ipſi Imperatori timendam auctoritatem. Rex, ne Turcas, ſi fideles eſſent, in Poloniam ducendo, aut cum Tartaris committendo, eidem ſe, quod nunc inſtabat, periculo, minore cum gloria, exponeret, & quod maximum erat, ne ſeditione mota jus hoſpitalitatis violaret, magno animo Janiſſarios monet: *Ut magis de Imperatori præſtando obſequio, quam de Se juvando cogitarent. Chriſtiano Rege dignum eſſe, potius extrema pati, quam viam munire, ut a Domino ad hoſpitem deficerent. Nec ſibi ſe tuendi, nec illis imperata faciendi, poteſtatem deeſſe.* Itaque Janiſſariorum M. D. cum Equitum M M. jam Tartarorum de dubia fide exprobrationibus cedentia junctis viribus circa horam XII. tormentis duobus maximis & duobus mediis non amplius paſſuum CCC. contra domum Regiam frequenter exploſis impetum faciunt. Concurritur. Committitur prœlium. Regem tuebantur armatorum quingenti, (non numerantur enim feminæ, & imbelles, neque CC. Milites, qui Silverhielmii & Koskuldii ductu aberant,) ſuis locis &, pro omni munitione, in Domus Regiæ feneſtris diſpoſiti. Portam Domus cupæ gelatâ aqua repletæ vallabant. Satis æquo Marte pugnabatur ad horam usque ſecundam, quum Regis equus, incertum quo caſu, e cuſtodia elapſus ſingulos quosque metu aut capti aut occiſi Regis terreret. Adeò ut omnes fere ad deditionem urgerentur, utque Tartari ſibi per feneſtras excubiis derelictas aditum in domum aperirent. Rex animadverſo periculo feſtinanter domum petens, & in ipſo limine ſuper inciden-

 tium

tium tam ſuorum quos ducebat, quam inſequentium hoſtium lapſu cadens Turcæ ſclopetum, quod capiti admoverat, peruſto tantum capillo removet, accurrit, ſuos liberaliter hortatur, vacillantes ſiſtit, ingreſſos Barbaros vel ejicit, vel ſua manu proſternit, rem reſtituit, adjutus maxima ex parte ſervis & militibus gregariis LX. Tandem, cum nec ferro nec telis poſſet, admoto igne urgetur, nimirum, Tartarorum ſagittis ſtramine ardente oneratis, quibus tectum ligneum incendebatur. Quod exſtincturi infortunio flammas igni addiderunt, feſtinatione, pro vini dolio, objiciente vinum aduſtum. Neque incendium Regis turbavit animum. Nam e primo conclavium, quorum ſeptem, glandes, ſagittæ, arma, cadavera, (inter quæ minimum X. ab ipſo Rege proſtrata numerant omnes) replebant, ad ultimam uſque ædium partem ſepties flamma receptaculum mutaverat. In quo ultimo conclavi poſtremum auxilium præſtiterunt Schomber & Axelius Roos, corporis cuſtodes, occubituri cum Rege, ſi in Tartarorum manus incidendum fuiſſet. At obviis ſibi factis Turcis Rex bis leviter vulneratus tandem flammis cedit. Egreſſus ſtrictum gladium gerens iterum cadit, glacie veſtigium fallente. Superincidunt Turcæ, & impeditæ manui ſubtrahunt gladium, quaſi tunc demum tuti. Surgenti ſtatim declarant, nullam ſe nocendi voluntatem habere. Atque aut virtutis admiratione aut conſcientia facinoris apud Sultanum purgandi, omnem in Tartaros culpam relegantes cum equo phalerato officia priſtina deferunt. Conſcendit acceptum equum Rex, duobus tantum ſuorum ſtiparus, & quia hoſtibus ereptus, victor magis, quam victus, ab ipſo Præfecto in media via excipitur, debitaque Majeſtati reverentia in ejus domum ducitur. Ubi Grothuſium, Ericum Ribbing & Cederſtrœmium,

qui

qui a ſecretis epiſtolis erat, libaratos pariter inveniens, cibum & quæ offeruntur, capit. At qui poſtremo cum Rege dimicaverant, dum ſinguli per anguſtum aditum exeunt, capti a Tartaris, tam exiguum etiam numerum metuentibus, Regi denegantur. Quum viderent in hac pugna Barbarorum aut vulneratorum aut occiſorum pæne C. C. C. C. deſiderari, Suecorum vix XXX. Donec tertia die a Sultano per legatos jam Vexirii & Tartarorum tricas edocto advenirent miſſi nuncii omnem vim prohibentes. Itaque Tartarorum Regi omnes captivos Præfectus eripit & reſtituit. Iisdem nunciis Rex a Sultano Hadrianopolim, ubi degebat, invidatur, oblato, quantum Rex expeteret, itineris apparatu, & quot vellet, comitum delectu. Carolus, ut antè de libertate, ita non minùs nunc de dignitate ſolicitus, ne quid in eam aulæ Ottomannicæ moribus in viſendo Sultano committeretur, ſtatuit Chriſtianorum Regum Majeſtatem ſuo exemplo intemeratam ſervare. Proinde, cum non poſſet offenſione, iter tergiverſatione declinat. Diem ex die ducit. Expetit difficilia. Præfectus irritam operam & in ejus poteſtate non poſitam tanto apparatu ordinati itineris moram demonſtrat, atque a Rege, ut proficiſceretur, precibus impetrat. Quum Hadrianopolim ventum eſſet, ac de colloquio cum Sultano ageretur, Rex in nullo fortunæ articulo quidquam de honore ceſſurus, aliud adverſa ſuperandi genus excogitat, jam non hoſtes, ſed ſe ipſum tormento ſingulari expugnando. Nimirum corpus nullius per omnem ætatem moræ patiens, quotidianisque longiſſimis excurſionibus exercitum, ſimulato morbo, quod jam cœperat in via obtendere, ultra X. menſes lecto absque remiſſione affigendo: Qua quidem violentia novis ſemper exſpectationibus indu-

ctus verum per VI. ſeptimanas morbum contraxit, quem pari corporis animique robore vicit, Demoticam delatus reſtitutam ſanitatem fingit; Adeo tamen per o-ctiduum debilis, ut ejus veræ titubationes nullam Turcis ſimulationis ſuſpicionem relinquerent. Tandem tot Veziriorum in fortuna deluſus, & toties ſpe certa per Poloniam redeundi fruſtratus diſceſſum parat, & incredibili celeritate conficit; Cæſare Carolo VI. pro animi ſua magnitudine, ultra quam Rex ſperare poterat, liberum, immo ſumtibus promotum tranſitum per ſuas Provincias indulgente.

(g 1. In Narvæ expugnatione contuſum collum remiſſiori globulo, quem in ejus collari repertum cuſtodit Regina ſoror.

2. A. MDCCIII. Ad Cracoviam fractum femur ſiniſtrum.

3. Ante cladem Pultavicam per talum & plantam ſiniſtri pedis medius digitus glande abreptus. Nullo in ſæviſſimis doloribus edito impatientis animi ſigno.

4. In Benderiano conflictu acinace percuſſa capitis ſiniſtra pars; Nec non

5. Læva pollicem inter & digitum demonſtrativum.

6. In Rugiæ Inſula papilla ſiniſtra glande icta, cum moliretur ipſe palum valli hoſtilis, quo ſe muniverat potens appulſa claſſis. A. MDCCXV.

7. In Norvegia propè ſacerdotis villam, Lebke, ſiniſter humerus gladio in velitatione per rejectum pallium & veſtes ſecatur.

8. Ultimum letale vulnus, quod ſolum non adverſum; Tamen glande per tempora ſiniſtra dextram aurem perforante, ei & populo maximè fuit ſiniſtrum.

Mantiſſa

Mantiſſa

SCRIPTORUM QUORUNDAM,

Quæ quidem ad hanc collectionem non pertinent.

Monimenta quædam Sepulcralia

nuper An. 1714. Moguntiæ eruta,

Atq; tàm de Litteris, quàm de Germ. Imperii publica Salute optimè meriti

Illuſtriſſ. & Excell. Dom. Friderici Caroli S. R. I. Procancellarii, ac Comitis à Schönborn Bucheim, Ep. Bamb. Coadj. &c. juſſu quantum quidem tulit feſtinans, aliisq; intenta perveſtigatio, paucis explicata.

QVod Moguntiæ, quam Romani olim dixerunt *Moguntiacum*, vel [ut Tacitus deindè] *Maguntiacum*, veſtigia Romæ antiquæ, tecta ævô & Barbaris poſt Julianum Imp. incurſionibus, reſtituat hæc temporum felicitas ſub Electoralis Senatûs Principe *Lothario Franciſco*, Joannis Philippi æmulô, & Schönbornianæ Gloriæ inſtauratore; Illud verò minimè mirum videri poteſt iis, qui nôrunt, hanc Urbem inter primas Germaniæ à Tempore Druſi ſemper Stativis Hyberniſque Legionum Romanarum fuiſſe celeberrimam. Prope quam in Oppido, qvod Æl. Lampridius Sicilam dicit, hodie Silkingen, rebelles milites parricidium Boni Imp. Alexandri Severi commiſerunt.

I. mum.

CONI *ugi*
CALPVR *nio*
ACTIA
F. *ecit*

Etſi

Etſi inſolens ſit, ac minùs inſtruens, Prænomen & Agnomen omittere; Tamen digna eſt Inſcriptio, quæ cum ceteris addatur Gruteri ditiſſimæ Inſcriptionum collectioni; ob CALPVRNIVM nomen plebejum quidem, ſed multîs magiſtratibus in numis Saxisqve clarum, & adeò antiqvum, ut à Regis Numæ Pompilii filio Calpo genus ducat, teſte Plutarchô in Vita Numæ. Qvemadmodum in Cn. Calpurnii Piſonis [qui Pompejo M. in Bello Piratico pro Qvæſtore fuit,] argenteo numismate imago Numæ ſpectatur inter S. Cæſ. M. Numos Conſulares. Meminit Trebellius Pollio ſuperſtitis Calpurniæ Gentis in Calpurnia Uxore Tyranni Titi Qvatrini.

II.

SEVE	RO.CASSIO PA	*tricio*, quia dabantur Caſſii Plebeji
CASSIV	S.SEVERVS.S.F.	*Severi Filius*
...CAS. F	ILI.ET.HERED	*es*
PAT	RI PIENTISSIM*o*	
cnè	*2.	
B.MEREN	TI . AAIR.	*A*ra *A*ccepta *I*mpenſa Remiſſa;

* 1. Deficiens Prænomen conjecturæ locum non reliquit.

* 2. Hæ Literæ reliquîs magìs ſunt ænigmaticæ. Quia verò Viris Principibus & Conſularibus aras ſepulcrales in tumulo, vel ad tumulum erectas fuiſſe conſtat. Ut Virg.

= *Cauſam luctus ſacra-verat aras*

Scilicèt occiſo Marito Andromache &c. Hanc Interpretationem commodam reddit Inſigne Saxum in agro Cordubenſi, quod ſub Trajano Imp. poſitum Cajo Sempronio Sperato Flamini refert Gruterus, ubi mentione factâ dedicatarum Statuarum & ſepulturæ expreſsè legitur =

HONORE. ACCEPT. IMP. *enſa* REMISSA.

III.

III.

SEVERO
FABRICEIO

IV.

Deeſt Lapidis cum ſuperiori parte initium.

SEVERO· FABRICIO cognomen atq; Titulus Muneris Bellici
POST. MIL. LO itiam NG. VL. MISSO am timum circumſtantia vel temporis vel Loci.
HONES. MI ta *1. SSIONE. SEVERVS. VRSVS. S. F. everi ilius.
ET Prænom. ..... BL ANDVS. *2. FABRICIVS FILI
EX ASSE HEREDES. PATRI I ENTISS. imo

*. 1. Erat enim alia miſſio ignominioſa.
*. 2. Quià Fabricii alii *Jucundi* , *Amœni* &c. reperiuntur, Ex. Grut. C. Albucius dictus Blandus &c.

Notabiles ſunt Inſcriptiones utræque ob *Severi* Cognomen in Familia Fabricia ignotum.

V.

CONIVGI SAL · forte luſtiæ.
MO. ET. SIBI. VIVI rtuæ
FECERVNT.

Deeſt Lapidis pars vel ſuperior vel inferior cum Nomine eorum, qui poſuerunt, aut maritorum raro poſt Divorcium exemplo; Aut mariti & heredum. Quo quidem caſu credendum eſt; poſt nomina dedicantium fuiſſe alia præaddita verbo CONIVGI. Ut ex. Grut. MARITVS ET HEREDES CONIVGI &c.

VI.

VI.

xor	lia
V. SECVN	DINI. AI. SECVN
DI	NA FILIAE ET
edi	ignatæ
HER. D	ES. SECVNDVM
	TESTAMENTVM

VII.

Hic lapis ſculpturâ Anaglypticâ ex ſeneſcentium artium ætate reliquîs præſtantior, ſed tàm mutilus eſt, ut ſublatîs ipſis Nominibus Propriis nullus conjecturæ locus ſuperſit. Ea, quæ ſunt reliqua, oſtendunt in latere A deficere dimidiam partem, quæ formet cippi dextrum latus par ſiniſtro, quod tenet genius alatus MAN.ibus DIS Sacer.

Prænomen & Nomen mortui.	ublii	
- - - - - -	NO P. F. *ilio*	
- - - - - -	IODAL ...	incerta literarum connexio.
- - - - - -	AQVILIF *ero*	
*. 1. rito icnis	iæ	
EME. LEG.	P. VICT. *ricis*	
*. 2. - - - - L	EG. XIIII. GE.	rmanæ fortè.
	minæ	
*. 3. - - -	LEG. XIII. GEM.	
	igeniæ iæ idelis	
ET. LEG.	II PRIM. P. F.	
	tes oſuere	
SVPE	ASTI. P. XLV.	
it	nos	
VIX.	AN. LXX.	Numeri certam ſignificationem denegat deficiens adjecta litera.

*. 1. Quod infrà ætas LXX. annorum probat.

*. 2. Qvinque literarum Spatio poteſt 1. Lit. Initiali Prænom. 2. 3. & 4. Nom. Fam. 5. Officium, ut C. enturio T. ribunus &c. notatus fuiſſe unus fundatorum.

*. 3. Alterius fundatoris nomini locum facit 4. L erarum Spatium ut 3. Litteræ Nomini I. officio dentūr.

Si

Si hûc referenda eſt Inſcriptio VII. Connexio eſt. Superſtites Poſuêre monimentum, Nec non triſte ſepulcrum &c.

Latus B. ornant arma Signiferi vel Aquiliferi, qualis in Columnæ Trajanæ Delineationibus conſpicitur, gerens non ab utroque latere [ut ceteri milites] ſed dextrò tantum minorem Gladium, quem dicit Livius *Hiſpanenſem*, Svetonius *Machæram*, eumque non à cingulo, ſed ab humero pendentem. Hoc etiam Venatores armabantur, ut noſtrates mit dem Hirſchfänger.

Iſta *Machæra*[1] immiſſa eſt *Parmæ*[2] [rotundo Clypei generi, cujus Diameter erat ped. 2½.] inter lora[3] decuſſatim in parte interiori poſita, ut brachio ſuſtineantur, additur *Pelta*[4] leve clypeorum genus, & Amazonibus uſitatum, cum alio clypeo, Fig. Parabolicæ. C. 5. N. 6. thorax non eſt dicendus, quià thorax erat parva tantum lamina dextrum pectus tegens, ubi clypeo non defendebatur; ſed *Lorica*, quæ, ſi ferrea, *hamata*, dicta. Nobis Pantzer-Kette. Bacillus n. 7. eſt Litui genus Regiments-Stab, Centurionum, qui Aquiliferos ſequebantur, inſigne, olim erat *Vitis*, quâ ſolùm Centurionibus licebat militem Romanum caſtigare. *Vitem* obtinere erat Centurio fieri.

Signiferi Signa Romana cum Imaginibus *Aquiliferi* argenteam Aquilam geſtabant. Aquiliferi munus ſtipendiô & honore adeò erat egregium, ut Juvenalis optet:

—— Locupletem Aquilam Tibi ſexageſimus annus
adferat ——

VII

VII.

NEC . NON . TRISTE . SEPVLCHRVM MENSAMQVE . DOLENDAM . VT . TESTAMENTO . IVSSERAT . ILLE GRATI . SVMPSERE . DAPES . TESTE . SEPVLCHRO.

Innuit hæc ſingularis Metri Inſcriptio mutila Saeculum, quô labente cum artibus Imperiô, ſub Paganâ religione domina, ſuô jam Moguntino in Vangionibus Epiſcopo fuit preſſa Ecclesia Chriſtiana. Maximè notabilis eſt, propter ſingulares circumſtantias antiquæ ſuperſtitionis, quam toties primi Patres riſerunt in Paganorum Epulis Feralibus, non ſolùm iis, quæ DIs Manibus oblata conſumere nefas erat, ſed illis etiam, quibus propinqvi & amici defuncti memoriam inter bonas precationes celebrabant; De quibus hìc ſermo eſt, quorumqvè proprium nomen eſt *Silicernium.*

Facta ſunt hæc quandoque teſtatoris legato, ut in noſtro lapide & in illa Perſii Satyra:

-- -- -- Cœnam funeris heres
Negliget iratus , quod rem curtaveris - - -

Qvandoq; impenſis amicorum inſtituta, & qvidem, ut pauperibus portio daretur; quos phraſi Plautianâ propterea *Buſtirapos* impropriè dixerunt Plauti Commentatores, cum magìs illud Convivium conveniat illis, qui Manibus ſacrata contra fas rapiunt.

Humanius erat poſterius Convivium, quippè corruptô abuſu derivatum à Judæorum ritu dandi epula lugentium ſolatio , & quidem in ipſo tumulo. Sicut expreſsè inter pia bonorum operum monita Tobias C. 4. V. 14. *Filio inculcat patrium morem. Panem tuum; & Vinum tuum*

ſuper ſepulturam juſti conſtitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus, ſed cum bonis pauperibus &c.

Meminit Baruch C. 6. V. 31. *Cœnæ Mortui.* & ibid. V. 26. Munerum mortuis appoſitorum.

Non apud Romanos ſolùm hæc conſvetudo, verùm etiam apud antiquiores Græcos & Scythas, teſte Herod, L. 4. invaluit.

IX.

Monumentum hoc mutilum vix Tertia ſui parte, eâque mediâ exhibet Signiferum, de quo ſuprà, noſcendum Machæra integra pendente à dextro latere [1] Uxorem [2] filiam [3].

NB. Numeri adſcripti fuerunt figuris, quarum ſi non fuiſſet reddita delineatio; eam facile cum publico communicaſſem. Amazones quod ſiſtit, Monumentum Sepulchrale non minùs vetuſtate ſanctum, quàm Opere Anaglyptico, omnis, quam vidimus, antiquæ artis æmulo perfectum, & dignum, quod hoc Auguſti Sæculo ad lucem aſpiciendam revocetur ex ea Palatii Vindobon. porticu, in qua pro tempore poſitum eſt; hic non recenſetur, quia delineatum a Dno. Fiſchers ab Erlachen & deſcriptum a me jam exhibuit Celeberr. P. Montfaucon.

Se-

Sepulcrum,

quod in reficienda via Laxenburgica detectum *Ao.* 1718.

Documento poterit eſſe, quousque ab antiquo Carnunto verſus Noricum ſe extenderit Colonia Romana. Vana enim omnis rerum antiquarum eſt ſine uſu perquiſitio.

1. Non *commune*, vel propterea vulgare fuiſſe ſepulcrum, oſtendit reliqua pars antri concamerati una teſtudine.

Terra illud tegens vix 2. pedes excedit; At ejus in medio collicula tam elevata, ut ne viæ quidem tranſitu, ſed foſſorum manu ſit ſublata, docet longum apud Romanos *Tumulorum* uſum.

2. Virum militia clarum hic conditum fuiſſe, apparet ex *gladio* & *haſtæ cuſpide*, nec non *armilla* majori, inventis ſimul cum vaſis fictilibus & oſſibus.

Erant armillæ inter præmia militaria, quæ dabantur ab Imperatoribus; aureæ quidem. Verûm dignitati nihil obſtat, quod noſtra tantùm ſit ex ære fulvo, Corinthiaco ſimili; probat potiùs diuturnam antiquæ legis ſumtuariæ reverentiam, quæ poſt Legum XII Tab. undecimam prohibuit, aurum tumulis inferre.

Haſtam ad militarem uſum, non ad Donaria, referre jubet cuſpis inventa. Quoniam, quæ donabantur, haſtæ erant *puræ*, h. e. ſine cuſpide.

Armilla minor ejusdem metalli hærens adhuc oſſi pro argumento eſt, uxorem vel filiam ſimul ſepultam, atque os ſiniſtri eſſe brachii. Feminæ enim armillas gerebant brachio ſiniſtro.

Non ſufficiunt iſta ad probandam Coloniam Romanam, niſi ſepulturæ genus, (utut inſcriptione deſtitutum) vaſorumque fictilium forma & modus ætatem indicarent. Quandoquidem oſſium reliquiæ omnes extra vaſa fictilia cum capitis integra parte, (cui appoſitus erat gladius) ſunt repertæ. Ut conſtet, cadavera non cremata, ſed humata fuiſſe, Pagano ſepeliendi ritu, qui demum tempore Antoninorum invaluit.

Jam monimenta omnia teſtantur, ipſâ hac, (& quidem M. Aurelii) ætate *Legionem* X *Alaudam* (cognomine quod alibi ſitæ Legiones, cum illa, propter galeas alaudis inſignes, commune habuerunt) iſtam regionem occupaſſe. Poſtquam in locum Legionis XIII. ſub Trajano in Daciam deductæ fuit reſtituta.

Hæc quoniam *Germanica* dicta fuit, maxima parte ex Germanis conſtans, non *Germanum* minus, quàm Romanum militarem Virum innuit.

Ipſa vaſorum fictilium forma amphoras & pateras referens docet, ferculis, quæ ſuperſtitio Pagana in inferiis apponebat, eas deſtinatas, & repletas fuiſſe vino, quod inferium dicebatur, nec non lacte & ſanguine cum iis, quæ ex victima ſupererant.

Naulus in maxilla integra non eſt repertus, nec ullum monetæ veſtigium.

Myſteria Dionyſiorum S. Orgiorum in marmoreo vaſe Antiquo S. C. et Cat. Maj.

1.&12. T*Ermini*, dii rurales & vinearum cuſtodes, culti in ſacris Bacchi cum Priapi obſcenis, que Baccho excitantur.

2. *Satyrus* dextra tenet vas (3) deſtinatum libamini in ara adſtante, neque tamen habens formam vel gutturis vel præfericuli, vel ſimpuli, ſed *carcheſii* ſ. illius inſtrumenti, quo Baccho libatur Teſte Virg:

Libans carcheſia Baccho.

Siniſtra pedonem (4) fuſtem incurvatum, quo ſe furentes bacchantesque verberabant; In brachio *Nebridem* (5) h. e. pellem hinnulinam, qualem pro bacchantium more ſequentes portant. Hunc agminis ductorem deſcribit Silius Ital. - - - - ante omnes Ductor honori.

Nominis auguſto libat Carcheſia ritu.

6. *Ara incenſa* cum Encarpo (7) qui non eſt, ut ſolet, pampinaceus vel hederaceus.

8. *Orgiſta* h. e. Bacchi Sacra celebrans, nudus, ut omnes Bacchi comites, quia vinum omnia detegit revelatque.

Dextra gerit *Thyrſum*, (9) ſiniſtra *Nebridem*, prout Statius.

10. Nebrides & fragiles Thyrſos portare putaſtis. *Silenus* temulentus oſtendit uſum Thyrſi, ut illo titubans greſſus ſuſtineatur; ſiniſtra fert, ſummum in Bacchi ſacris myſterium, *Ciſtam*, (11) *qua clauduntur ſerpentes*, in memoriam ſerpentum, quibus Parcæ Bacchi vix nati caput cinxerunt innoxiè.

De hac Catullus: *Cavis celebrabant Orgia ciſtis.* Et Tibullus: *Et levis occultis conſcia ciſta ſacris.*

13. Bacchà tibias duas tenet, eas Phrygio more ſimul non flans, ſed *Monaulo* canens. Pedes teguntur brevi (16) palla, quæ *Baſſara* dicebatur. Demulcet ſonus Tigridem, (15) quà Bacchus vehitur.

17. Tandem ipſe Bacchus Juvenis cum coma muliebriter ornata & Thirſo, qui eum præ cæteris *Narthecophoris* h. e. Thyrſum gerentibus decet.

Propter habitum, qui præcedenti ſimilis eſt, dice-
19. batur *Baſſarenus*; Suffultus eſt bacchante (18), *Timpaniſtria* pulſu oſtendit differentiam hujus inſtrumenti à Cimbalo & Crotalo.

Deſcription d' un Vaſe antique de bronze, dont S. Alt. Mngr. le Duc de Brounſvic Blankenbourg a enrichi le Cabinet Imperial.

Ce vaſe merite une attention par ſa ſingularité. Les figures y portent un caractére d' antiquité, mais d' un ſiecle, qui eſt deja ſur le declin. Les Aigles avec des feſtons de laurier marquent qu' il eſt Romain, & fait ſur la fin du ſecond Siécle. Pour ce, qui eſt de ſon usage; Mrs les Chymiſtes n'ont pas plus de raiſon de trouver ici leurs miſtéres, à ce qu' on a prétendu, que dans les livres de Moyse, où dans les fables d' Ovide. Il a ſervi d'un eſpéce d' *Encensoir*, dont les plus debauchez ſe ſervoient pour donner de l'encens (le Terme etoit: *Thura dare*) à Bacchus, & à Priape ſons fils dans les *Orgies*, où Bacchanales, qui font encore rougir l' antiquité. Tout le montre:

1. Dans les Ornemens exterieurs: *la posture impudique du Faune.*

2. La Saleté *du Priape*, (Phalli), ſur lequel les femmes honétes étoient aſſiſes apres les nopces. Ce qui s'appelloit *ſuper Faſcinum ſedere.* Il ſervoit même de machine à boire aux Drillopotes, & dont l'uſage abominable eſt

eſt allé plus loin ſelon l'obſervation de Phêdre : *à fictione veretri adfinitatem traxit obscenitas.* Ces Sortes de vaſes de verre s'appelloient *Phallo-vitrobolum*, & ceux, qui les portoient au Col dans les Sacres nocturnes de Bacchus, fûrent nommés *Phallophori.*

3. Les Masques de Siléne entre les grappes, & les feuilles de raiſin, avec des trous dans leurs bouches ; ſi bien que ce Couvercle a plus de ſeize Ouvertures pour la fumée.

4. Les trois figures d' hommes nûs, comme les *Bacchantes*, dont le premier ſort *des flammes*, le ſecond de l'eau (avec des marques à la droite d'avoir porté quelque choſe (peutétre un trident), le troiſieme *de l'eau melée de flammes*, dont une monte jusqu' à ſa main.

5. Les pieds du vase en forme de tétes de *Bouc*, animal deſtiné au Sacrifice de Bacchus, pour vanger le tort, qu' il fait à la vigne ſelon Martiale :

Hircus Bacche Tuis victima grata ſacris.

6. *La téte de la fureur* (pour marquer les desordres des yvrognes) repetée trois fois avec deux ouvertures dans la bouche pour la fumée. C'eſt à dire, avec 6. trous autour.

7 Les Cornes, qui ornent la téte, pour avoir servi de premier inſtrument à boire, & pour avoir donné à Bacchus le nom de Portecorne ταυροκέρας.

Le trepied eſt la plus belle singularité, conſacrée particuliérement à Bacchus, qui fût pris pour le soleil comme Apollon. C'eſt par cette raison, que les Poëtes le nomment : *ſacer tripus.* Il fût appellé ἄπυρος ſans feu, puisqu'il ne ſervoit qu' aux dedications dans les temples [donariis]. Le peu de feu, qu'il faut pour quelques grains d' encens ne laisſent pas de diſtinguer cet uſage d' un autre trepied au feu.

La soucoupe, qu' on peut lever de ce trepied, ſi elle étoit plus commode à boire par l' embouchure, ne ſeroit

pas trop petite pour ceux, qui boivent à petits coups; puisqu' elle comprend un *ſextans*, meſure, dont ſe contentoit Auguſte ſelon Suetone. Au moins elle a été bonne pour la libation, ou pour l' un et l' autre. Puiſque la ceremonie de verſer aux Dieux, qu' on veneroit, ne ſe pratiquoit pas moins dans les feſtins, au commencement du repas (*in guſtatione*) par le melange d' un peu de vin, et de miel, dit Promulſis. Les trous dans le fond ſervent à tirer l' air pour pouſser la fumée.

Il paroit toutes fois, que ce Vase n' a pas ſervi ſouvant par le peu de noirceur du dedans, et par certains endroits du dehors, qui approchent au beau Corinthe.

La decouverte, qui en a eté faite nouvellement à Londres en creuſant, et l' uſage, qu' on peut faire de ſes ornemens pour éclaireir la Mythologie, en relévent le prix.



Hanc

Hanc ordinis expertem materiarum varietatem claudat Diſſertatiuncula oblata Illuſtr. Gall. Scientiarum Academiæ; &, ne cum noſtra Naturæ Curioſorum Academia & cum aliis hanc quæſtionem ſua dijudicatione dignaturis ſit communicata, impedita fortè Directoris Doctiſſimi Viri D. Lochneri obitu præmaturo. Nam Virorum benè meritorum funus nulla non ætate crudum & acerbum habetur.

QVod otio deſtitutus, de tractata ſtudiis meis aliena quæſtione accuſatores non verear; ſatis excuſari videor ipsâ perquiſitionis, quam inſtituo, cum Hiſtoria conjunctione. Si res ita ſe habet, ut monimenta Diluviana, aut gigantum, draconum, monſtrorum, reliquiæ ſint quædam oſſium, vertebrarum, coſtarum, dentium, maxillarum, non niſi beſtiis convenientium capitum, cornuum, lingvarum, concharum, herbarum, piſcium imitamina, quæ paſſim minerarum formatrix diſpoſitio, vel in margæ foſſilibus ſolida, vel in Alcalicis lapidibus picta ſculptave præbet effodienda. Iſta verò ad ſuccorum exhalantium ſulphureorum, ſalinorum acidorumve plaſticam vim, & ad varios naturæ in Oſteocolla & Vnicornu foſſili luſus referre quum non ſatis prohibere videatur doctiſſimorum quorundam virorum, ut Valkeniri, Whodwordi, Scheuchzeri, ſuis de diluvio hypotheſibus faventium auctoritas; dabunt veniam, ſi de his, ut ſecurior reddar, non ad privas ſingulorum opiniationes, ſed ad curiata in commune conſulentium Academiarum ſuffragia provocem. Serò quidem, poſtquam ubicunque mineralis vegetationis fœcunda eſt terra, vel generantis vel ſervantis naturæ miracula ſpectatorum toties ſtuporem excitarunt. Rei proinde non novæ veniam deprecari magis cogerer, ſi quantum eſt non nova, tantum etiam eſſet cer

tis dijudicationibus cognita. Si etiam ea, quam nuper examinandam mihi ſumſi, in Styria ſuperiori, caverna, nulli qvam vidi & audivi, ſitu ſublimi, vaſta concameratione, longitudine, rerumque ſingularium fertilitate ſecunda, orbi litterato ſatis innotuiſſet pro ea luce, quam ejus naturalis diſpoſitio huic indagationi poteſt afferre.

Hanc deſcribere inſtitui, non meam facere diſputantium litem, minus id mihi deferre judicium, quod ſingulis aliis derogo, docilem me ſubmittens majori numero, æquô veritatis amore, parique ingenio & experientia dijudicanti. Ne, qui diſſentiunt, in propria cauſſa judices conſtituantur. Etſi enim in his quæſtionibus, quatenus de factorum circumſtantiis non agitur, auctoritati minus concedendum; tamen in iis ipſis, quæ ſola deliberatione dijudicantur, fatendum eſt: Oculô oculos, ſi illo non ſint minus ſani, plus videre; & multitudinem errantium non eſſe timendam, niſi in facultatum diſparitate. Quam in Vobis, quas conſulo, Illuſtres & Doctiſſimæ Societates, non licet ſine inverecundia ſuſpicari. Meum eſt, Veſtram exſpectando ſententiam, quid ego opiner, ita timide proferre, ut narrationis potius contextu id prodidiſſe, quam dixiſſe videar; dum Vobis, Judices, quæ ſpectavi, tantùm fide bona & narratione ſimplici ob oculos pono. Illam quod linguâ, quam eſt Latina, vulgariori in gratiam curioſorum Latine non loquentium primùm conceperim; atque ne in Latinam transſcriberem, tempori pepercerim; facile excuſabitis, Vos, qui non unam linguam pro veſtra habetis, & qui in cauſſam potius, quam dictionem eſtis intenti. Veſtrum erit, obſervationum comparatione, momentorum ponderatione, dubiorum deciſione, judicium facere, cum de his, quæ quanta poſſum moderatione propono, tum de iis, quæ alii aut leniter aut durius contra me ſunt dicturi. Nam ingenuis artibus prorſus indignæ contentioni non ſolum non vaco; ſed etiam, ſi vacarem,

nun

nunquam me forem daturus. Veſtrum, inquam, erit, pro illa, quâ ſingulorum conatus juvatis, & ætatem noſtram illuſtratis, doctrinâ, hæſitantes erigere. Si dignum habetis veſtra attentione naturale prodigium, quod Magnus hujus Sæculi Auguſtus inter belli pacisque negotia, ut ſcientias omnes artesque, admiſſione eſt dignatus. Quippe quod ultimas a ſummo rerum Conditore naturæ vegetæ conceſſas vires oſtendit, vel in productis olim vivis, nulli temporum memoriæ notis monſtris; vel in producendis ordinariorum imitationibus, adeo fallacibus, ut ad explicandas eas ſolertiâ opus ſit perſpicuiſſimâ.

Par utique eſt admiratio divinæ, noſtrasque notiones ſuperantis potentiæ, utras ex duabus illis quis defendat partes: Seu velit modum excedentia oſſa, ut vera, & conchas ceterasque ludentis naturæ fictiones in locis nulli ſæpe, ne diluvii quidem acceſſui, patentibus foſſiles, ut tempeſtate quadam delatas ſuſpicere; ſeu malit Oſteocollæ ſpecies, non olfactu, non attrahente viſcoſitate, nec præcipitandi medendive effectu (ut quidem colore, magnitudine, craſſitudine, duritie & figurâ, ex ſoli cujusque diverſitate) diſtinctas, pro partu agnoſcere margæ coaleſcentis, cujus partium volatilium ſimili exhalatione & fermento ſimiliter formato proplaſmate incluſæ deprehenduntur. Nam hoc poſtremum formamenti genus quantumcunque cauſſarum in oculos incurrentium nexui, & ordini naturali, [qui præſcriptos ſibi a ſupremo Ente generationis motusque limites raro in vivis monſtris excedit,] ſit convenientius: Nihilominus incredibilis imitamentorum ſimilitudo, [maxime ſi a deformi deficientis luſus errore perfectiora ſemoveantur,] nobis in operibus regni, quod dicitur vegetabilis, primum motorem formamentorum mineralium ſiſtit ſupra noſtras ideas mirabilem.

Ea certe, quam deſcribo, caverna Retelſteinenſis, Palermitanæ, quam Celeberrimi Kircheri deſcriptio doctiſſi-

ma inſignivit, haud cedit. Tamen oſſium fruſtis, magnitudine ordinaria vaſtioribus utcunque ſit repleta; nullum ibi repertorum os, præter genus, cujus eſt ſpecies, commune quid habet cum portentoſiſſimis oſſium partibus, quæ ſupra omnem modum ſervantur in arce Neoſtadienſi. De quibus, ubi ſint effoſſæ, nondum liquet. Inter ea inferior capitis, ut videtur, pars longitudine ſuperat 15. pedes, ſtructura ab animalium notorum Anatomia abhorrente. Ejusdem longitudinis ibidem oſtenduntur duo oſſa coſtarum nomine. In quibus vero dentium foramina inveni, qualia dentibus & vacua & plena in Retelſteinenſi caverna reperiuntur; adeoque tantam deprehendi deformationem, ut oſſa illa nec coſtis nec maxillis poſſint adnumerari. Spero fore, ut horum delineationes cum orbe litteto communicentur. Cum annuente Sacra Cæſarea Majeſtate animus ſit, quidquid in hoc genere obveniet, Neoſtadium ad illuſtranda illa deferre, & ſingularem hujus generis foſſilium collectionem inſtituere. Obſtupuit poſtrema ætas litteris & ſcientiis dedita, tum minoribus, tum paris fere vaſtitatis oſſibus detectis. Præſertim in Germania. In Auſtria prope civitatem Cremeſiam olim ex relatione Theatr. Europ. de A. 1646. & ex dentium delineatione, quam Lambec. Bibl. Vindob. Appendici inſeruit; nuper prope vicum Langenluis; ex dentibus, quos habui, Lambecianis adhuc majoribus. In Sylvæ Herciniæ montibus ex relatione Conringii de antiquo ſtatu Helmſtadii; & Henningii Behrens Hercinia Curioſa. In famoſa ſpelunca Baumanniana. In Miſnia & Saxonia, ex relatione Albini in Germanico Chronico Metallico, & nuper in Memorabilibus Saxoniæ ſubterraneæ G. F. M. De Hildesheimenſibns Lachmundus; De Querfurtenſibus Buttnerus. In Franconia ex relat. Caroli Bauſchii in Schediaſmate curioſo de Vnicornu foſſili. In Norico ex Oryctographia Nov. Jo. Jacobi Baieri. In Wirtembergia teſtibus iis, quæ ibi aſſervantur, & paſſim factis

ctis recenſionibus. In Thuringia, ex relat. Tenzelii in colloquiis menſtruis de 1696. In Helvetia ex relat. Scheuchzeri in Oryctographia Helvetica Germ. In Haſſia ex relat. Winckelmanni in Deſcript. Haſſiæ & nuper D. Wolfarti in Hiſt. Natur. Haſſ. Inf. Prope Quedlinburgum, ex relat. Ottonis Guerike, clari Experimentis de vacuo. In Styria teſtibus aliis, & ab iis, quæ recenſeo, diſtinctis foſſilibus. In Tranſylvania, teſtibus, quos habeo, oſſibus. In Bohemia, ex relat. Bolesl. Balbini in Miſcell. Regni Bohemiæ. In Moravia ex relat. Crollii de Signaturis. In Sileſia ex Catalogo foſſilium Sileſiæ, & nuper Volckmannis Sileſia Subterranea. In Hiſpania, & quidem Regno Valentiæ, ex relat. Jac. Sponii in Itinerario. In Anglia teſtibus transactionibus Societatis & Luidro. In Hungaria Antiqua & Nova Matthiæ Bel. (*) In Belgio, ex relat. Goropii Becani in Origin. Antwerpiæ. In Italia, in agro Viterbienſi, ex relat. Ephemerid. Nat. Curioſ. de 1688. In Sicilia ex doctiſſima perquiſitione Kircheri in mundo ſubterraneo. In Islandia, ex relat. Wormiorum, Patris & Filii. Ac de vegetatione, ut dicitur, petrarum inſigne teſtimonium perhibens caverna maris Ægæi in Cycladum Inſula hodie dicta Antiparus, quondam Oliarus, non Præpeſinthus, ut quidam. Cujus admirandæ creſcentes e ſolo plantæ fruticesque nihil habent, quod poſſit ad diluvium derivari; ex laude digniſſimo examine Illuſtriſſ. Gall. Legati Dni. de Nointel & ſollertiſſima recenſione Dni. de Tournefort Voyage au Levant.

Ex

(*) In illius, quam edere parat & quam Phyſicam inſcribit, Sect. III. cap. VIII. agit de Antris Hungariæ. Horum maxime admiranda reperiri ſcribit in *Comitatu Liptovienſi*, qualia ſunt ad vicum *Deminſalva*, ab incolis 1.) Cſerna; 2) Okno; 3.) Dwere, etymi ratione ex lingua Slavonica deducta. Prodigioſa hic oſſa, & infiniti naturæ luſus, ex aqua lapideſcente nati, reperiuntur, quæ ſingula prolixa commentatione, idem ille auctor proſequetur.

Ex his oſſa minora noſtræ cavernæ, propius ad verum accedentia facilius oculis imponunt, quam illa, quæ exorbitantis naturæ luſum manifeſtius produnt. Inprimis qvum foſſilis oſteocollæ pondus non excedant. Ne tamen pro veris oſſibus habeantur, obſtat formationis diverſitas. Ferunt Tranſylvaniæ montes metallici oſſa hujusmodi tam craſſa, denſa & dura, ut ſecata ebur æquent. In noſtris quandoque nitri actuoſa vis contextam ramuſculis craſſitudinem, eodem, quo frigoris ſal coaleſcit, concretionis genere, ſupra modum ordinatum format; Interdum intus omnia adeo replet, ut deſinant ramuſculi referre medullæ filamenta, quibus forent ſimiles, ſi eſſent minus frequentes & minus friabiles. Accedit extrinſecus adhærens formantis Margæ quaſi matrix, ſive proplaſma. Sicut Maſcardus in Muſæo pag. 187. fatetur, ſervari a ſe fungorum petricoſorum matrices lapideſcentes, ut tophi.

Oſſa majora ex utraque parte integra raro deprehenduntur; in minoribus ſæpe, quæ excitatur unius partis cartilagine admiratio, alterius terminatione iniqua aut deficiente eluditur. Inveni parvas acetabuli partes, cujus concavo appoſita fuit dimidia pars globi oſſis extremum referens.

In craniorum aut fruſtis informibus, aut mirandis partibus, quæ ſuturis ligantur, quorundam externa lævitas proxima eſt vero, aliorum interior ſtructura quaſi apium alveis confunditur. Eo quidem ſitu, qui cerebelli cellulas poſſet exhibere, niſi in altera oppoſita parte deficeret. Qualia ebullantis fermenti foramina alias ſæpe ſceleti partes, quibus minime congruunt, pariter deturpant.

Coſtæ, quæ ſicut cetera ſingillatim effodiuntur, omnium minime ſunt ſuſpectæ.

Vertebrarum vix duas uno loco invenire datum fuit, ut quidem earum quatuor certâ & determinatâ figura diſtinctas ſpecies obſervare; quarum par in ſingulis Symmetria quantumcunque mirabilis eſt; quid tamen habet, quod

quod vel in florum ſecturis ſemper & ubique æqualibus minùs mirum videatur? Aut quid intereſt ad gloriam Conditoris, in quo magis emineat ejus potentia, utrum in Regno Minerali, an Animali, an Vegetabili?

Maxillas inveni dentibus quibusdam armatas; alias haud dentatas; ſed, quod mirum, juſtis dentium cavis perforatas. In ipſis dentibus hinc inde diſperſis, nec effodiendis niſi in terra immota, major eſt diverſitas. Dantur primores, non recti ſeu inciſores, ſed curvi, quales aprini & lupini, bis majores, illis minores; dantur molares, cum radicibus & ſine radicibus, quales ſerpentum coronas fingit traditio vulgaris; alii concavi, alii craſſiores, alii ſolidi, adeoque externâ quam internâ formatione ſibi ſimiliores.

Inprimis notandum eſt, me vertebram ſpinæ effodiſſe, cui dens inhæſit, qui quidem excidit, at veſtigia coaleſcentia minimorum dentium molarium oculis præbens, quemadmodum in concharum conglutinatis acervis (quorum aliæ cavernæ, pro fermenti virtute alia, ſunt feraces) minimæ formæ quædam naſcentes conchæ inter majores conſpiciuntur.

De omnibus æque obſervandum: quod in terra mota & perveſtigata, non deprehendantur, niſi omiſſa, neglecta, perdita. Ut detegantur ſingularia, quærendum eſt in receſſu ſolum compactum, non argillaceum, ſed arenoſum, quod nitri & margæ ſtratis, quibus interſecatur, probet archæum non turbatum, & proventum, qui ſulcos quærentium fugiit. Margæ ingens copia eſt friabilis, quæ, ubi oſſibus hæret, inſtar calcis concreſcit. Nitrum ubique oculis ſubjicitur. Fundum Speluncæ pavimentat terra limo ſabuloque miſta. Aquæ mineralis indurantis ubique veſtigia in petrefactis, Stiriarum inſtar, guttis, quæ Stalactitis nomine veniunt. Accedit poſitus, per Limen, altitudine & longitudine æque ultra 150. pedes apertum, recipiens aërem auſtri. Sicut antrum cavernæ huic verſus ſeptentrio-

trio-

trionem oppoſitæ ducit in fundum plane ſterilem. In ipſo aditu notandum maxime eſt ingens os adhærens ſaxo ſummo dextri lateris.

Ex his quæ ſint concludenda, Veſtrum, Societates Illuſtres, eſto judicium, non meum. Liceat ſolum veſtra cum veniâ ex aliorum hujusmodi foſſilium ubicunque repertorum obſervatis adjicere:

Quod nulla terra, nullum ne monſtrorum quidem reliquiis recipiendis capaciſſimum antrum (qualia exempli gratia in Carniola ſatis multa aliorum mirabilium feracia occurrunt) hæc oſſa protuliſſe deprehendantur, niſi ex cauſis oſteocollæ conſtitutivis quædam ſimul detectæ ſint.

Quod nullibi miſceantur ſpecies, ſed quod diverſum ſolum pro ſua conſtitutione diverſæ certæque productionis ſit fœcundum, ſicut dentes oſſaque cavernæ hujus Retelſteinenſis toto cœlo differunt ab aliis, quos alibi terra condit, inprimis a Coloſſalibus monſtroſisque, qualium indagationem noſtras Lambecius ſuis ſtudiis non alienam habuit, delineatosque exhibens in appendice Bibl. Vind. Gigantibus tribuit; qualem etiam poſſedi cum parte maxillæ, quæ naturæ errantis luſum inſigniter prodit. Quod multo minus, mixti reperiantur, quos miſcere potuiſſet Diluvium, dentes, ex. grat. Lamiæ Meliteníes; qualium paſſim in Germania & noſtræ feraces ſunt lapicidinæ Eiſenſtadienſes.

Quod nunquam & nusquam repertum ſit ſceleton exhibens juſta proportione animalis noti œconomiam, aut partium neceſſariarum haud plus vel minus oſtendens.

Quod in horrendis & ingentibus monſtris, quæ proxime acceſſiſſe ad verum credita ſunt, nullum perfecte cohæſerit, aut defectu caruerit. Ubique de incuria foſſorum, de deperditis querelæ; ubique excuſationes & ſubterfugia apud ſtructores diſſolutæ machinæ.

Suffi-

Sufficiat his probandis unicum & quod omnium maximè corpus Elephantinum mentiri noſtra ætate viſum eſt, exemplum in oſſibus A. 1685. prope Tonnam vicum, qui eſt in Sereniſſ. Ducis Saxo - Gothani Thuringica ditione 10½. pedum profundo colle effoſſis. In quibus Elephanto aſſerendis minus operoſe deſudaſſet tot ſcriptis clarus Polyhiſtor Tenzelius, ſi in delineatione, quam ipſe exhibuit, attendiſſet de incurrente in conſpectum poſitu primorum dentium, qui abhorret ab Elephantinis (*), nec cum maxillarum ſtructura convenit. Partes deficientes diſpalatas non ſatis videtur excuſare querela, de diſtrahentium incuriâ, & inſtituta cum oſſibus ſepultis comparatio. Nam oſſa, ſi ſeparat putredo, non divellit, maxime in tam compacto ſolo, quale hoc eſt, quod immotus ſtratorum ordo ſecat. Neque deficit apta his formationibus loci conſtitutio; terra argillacea, in qua tophus & marga ſcatent, ſuisque meatibus & venis radicum inſtar transcurrentibus cochleas ferunt tantæ etiam parvitatis, ut oculos microſcopio non munitos fugiant. Quemadmodum noſter Vindobonnenſis ager Lerchenfeld quotidie putreſcentia & renaſcentia fert conchilia minuta. Taceo repertas cum hoc capite informes alias oſteocollæ figuras, nec non cavitatem dentis in nullo extremorum aperti, quam replevit tamen prima argillaceæ terræ materia, incorrupto elementari vigore excludens putredinis ſuſpicionem.

Huic naturæ portento explicando multùm confert aliud & majus prope Studgardiam noſtra detectum ætate. Sunt in Saxi Canſtadienſis cavo, quod vix C. paſſuum circuitu patet ex compacta argilla effoſſæ millenæ cornuum, oſſium, maxillarum partes monſtroſæ, quas neque ad gigantes, neque ad Elephantos, vel animalium noſtrorum maxima licet referre. Prout cujusque examini in Muſeo Duc. Wurtenberg. ſunt propoſitæ a claro his perquiſitionibus

 Dno.

(*) qui ſurſum incurvantur.

Dno. Prof. Schuccardo. Cujus induſtria Microſcopii ſubſidio ejusmodi oſſium eaſdem in eodem limo formas à prima ad ultimam uſque magnitudinem detexit.

Propterea non deſino ſtupendas ejusmodi ſtructuras mirari & demirari, quibus, ingenue fateor, ita oculi perſtringuntur, ut lubens eorum ſubſcriberem ſententiæ, qui ne evidentem in his foſſilibus formationem mineralem negent, duas eorum claſſes conſtituunt, Animalium & Mineralium; poſtremo generi relinquentes, ut mineræ productiones, communiſſimas quasque oſteocollæ non tam generationes, quam coagulationes; primo tribuentes mirabiliores ſtructuras, ut pro veris animalium oſſibus habeant; ſed ſoli, quo conduntur, minerali virtute ita calcinatis, aut petrefactis, ut cadaveribus conditis & pollinctis æquiparentur. Non enim dubitatur, quin lapideſcant quædam, ut in aquis annoſa quercus; incruſtentur alia, ut in notiſſimis fontibus, quos dicunt petrificos, ex. gr. extra Germaniam in Crypta Aureliana & Agrippinæ circa Puteolos &c. quin etiam, ſicut metalla per gradus maturantur, ita lapidum genera per gradus indurentur & perficiantur, prout quædam ex dimidia tantum parte lapideſcentia deprehenduntur, nihil minus, quam par diluvii ævum teſtantia. Neque in oſteocollæ, quam recenſeo, ſpecie effluvies per Margæ proplaſma diſcurrentes ſtatim eandem duritiem produnt, ſed pro diverſa ætate minus magiſque ſunt friabiles. Dummodo hæc ſuppoſitio pro una, quam declinat, difficultate, non duplici premeretur. Primo in admittendis omni tempore & loco ignoratorum monſtrorum veris generationibus, quales ne quidem in eorum reliquiis fingenti naturæ audet concedere; Deinde in longe quæſita metamorphoſi, nihil diſcrepante à materia, quam ſponte natam agnoſcit.

Locorum præterea, ubi reperiuntur, ſitus habitusque & caſui, & induſtriæ modum recuſat, inventas res eò deferendi,

rendi. Interdum anguſtia aditus, ut ſpeluncæ Baumannianæ nunc demùm ampliatæ, excludit monſtra, quorum oſtendit reliquias; vel præceps altitudo, ut in noſtra Retelſteinenſi caverna, vel profunditas terræ ordinatis ſectionibus ævum & immotam quietem demonſtrantibus, immo Saxorum viſcera, non alii motui locum relinquit, quam Diluviano, ſumma imis miſcenti.

Diluvium autem, ſi præter Divinas, quibus nititur, probationes, aliis egeret, his ſane certiores forent quærendæ. Tantum abeſt, ut de impugnando divino Miraculo animum inducam, ut illi caveam potiùs, ne tanti facti veritatem, quam ſuſtinet nulli cedens demonſtratione auctoritas, conjecturæ facto, quod probare conantur, incertiores labefactent. Poteram me intra examinis à me propoſitæ oſteocollæ Retelſteinenſis terminos continere, & conchyliorum, piſcium, ceteraſque formas, quam hæc ignorat caverna, tacere; Niſi perpenſis iis, quæ diluvio magis videntur poſſe accommodari, deinde minor verorum oſſium ſuſpicio noſtram maneret oſteocollam, cujus in marga coagulatio oculis ſe objicit, etiamſi quædam alia liceret Diluvii reliquiis adnumerare. Ceterum quantumcunque montium everſionem ejus inundationi concedamus, vix poterit illa extendi ad ſaxa, in quorum medio natura formatrix toties deprehenditur; aut ad profundiſſimas fodinas Mexicanas ebur foſſile præbentes.

Quodſi nihilominùs recurrendum eſt ad novam terræ faciem, atque ad mutationem, haud quidem illam, quæ potuit inundationibus ſecare freta, & inſulas cingere, vel etiam colles ſabuloſos congerere; Verùm ad integram oſſium terræ, montium inquam, & rupium deſtructam mutatamque adeò compagem, ut cum Burnetto non creationi, ſed Diluvio tribuenda ſit terræ gibboſa forma. Utque diluvio demum non mineræ ſuas modo venas, quaſi antea non exiſtentes, ſed etiam per canales ſubterraneos remean-

tes fluvii prima ſua phylacteria in montium jugis debeant. Quanquam ipſe ſacer Codex doceat, ſeparatis, ſedimenti inſtar, quæ aquis in creatione innatabant, terræ elementis & *congregatis ſemel aquis*, montes ante Diluvium extitiſſe, nec novos eorum meatus ſubterraneos à ſummo rerum conditore productos eſſe, ſed per continuationem, [qua ſine creatio fruſtra foret,] *aquas congregari*, tanquam *in utre*, & *in theſauris*, in montium penetralibus occultis, *poni abyſſos*. Pſ 32. quæ quidem in diluvio ſupra naturalem modum *ruptæ*, ut ſolitis longè largiora emitterent flumina; ſed iterum *clauſæ* ita fuerunt, Gen. 8. 2. ut non ſolùm ſint idoneæ per eosdem canales recipiendis *aquis euntibus & redeuntibus*. v. 3. Verùm etiam ſervandis *certis legibus, quas Deus ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos*, Prov. 8. v. 29. quibusque in creatione abyſſos vallabat v. 27. *ut pertranſeant inter medium montium & emittantur in convallibus*. Pſ. 103. & receptaculis, e quibus [ut ea deſcribit Eccleſiaſt. 1. 7.] *omnia flumina intrant in mare, ut mare non redundet, atque ad locum, unde exeunt, revertuntur & iterum fluunt.*

His non attentis ſi ſuccini mollis viſcoſitas integris ardeſiæ ſ. lapidis fiſſilis montibus eſt adſignanda, ut recipiendis, quorum figuris notantur, piſcibus, herbis, conchis &c. magis aptentur; cur figuræ hos lapides ultra primum proplaſma interdum tam alte penetrant, ut variæ ſectiones eaſdem repetant? Cur præter certas ſpecies & faciles Aſteriſcorum, ramuſculorum, circulorum, linearumque figuras [quas frigoris ſal vel in nive ſiliciformi & ſtellata monſtrat] plurima, quæ diluvio commodius vehi & electro retineri poterant, hæc monimenta lapidea effugiunt? Cur pro marcidis, tenuibus & fluctu facile complicandis herbarum foliis, [quæ extra undas ne ſicca quidem in herbariis vivis diligentior ars poteſt ſic explanare, ut explicata in lapidibus cerâ liquidioribus creduntur] non apparent ſolidiores

diores exoticæ plantæ? Cur pro ebore foſſili, pro gravioribus monocerotis cornibus non gladii piſcis Serræ aut Piſtris, torpedines, orbes maricati, lacerti ſquamoſi, teſtudines &c.? Cur radices foliis incorruptiores, ut fuerunt dilutæ & evulſæ, ſimul cum herbis, non apparent? Cur apparent multa, quæ natura nullo alio loco oſtendit, exempli gratia nautilorum genera incognita, aut talia, quæ ex mari Indico in noſtrum continentem derivare diligentiſſimus & ingenioſiſſimus reliquiarum Diluvianarum aſſertor Scheuchzerus tam parum audet, ut potius recurrat ad mutatam terræ faciem & montibus commutata maria.

Si tantam deſtruentium fluctuum rapiditatem ferret arcæ ſecuritas, & ſeminum ad ſuccedentem rerum creatarum continuationem non turbanda conſervatio; Si ferret etiam ipſa diluvii Hiſtoria, quæ ante exſiccatam depreſſiorem terræ ſuperficiem in monte undis iterum emergente Noachi columbæ relinquit ramum olivæ virentibus foliis & ita quidem tenerum & recentem, ut ab ave potuerit decerpi. Quid ſtatuendum tamen de tot tantisque ad diluvii reliquias non referendis? De iis, quæ mentiuntur naturam? De Wormii homine ſiliceo Muſ. p. 82, De monachis lapideis ſpeluncæ Baumanniæ, de humanis leoninisque figuris in Angliæ caverna dicta Poolshole, quam exhibet Car. Leigh in Hiſtoria naturali Lancaſtriæ, de humani corporis partibus, de lapideis manibus, pedibus auribus, de Inguinibus Haſſiæ; de caryophyllis lapideis Helvetiæ, de fungis ſaxo, ex quo ſurgunt, adhærentibus, aut Gothlandicis contra naturam agglutinatis & inſertis. Et, [ne pingenti quam ſculpenti naturæ minus artis tribuamus] de integrarum regionum arboribus conſitarum turribus, ruderibus, fluviis, maribusque diſtinctarum tabulis; de Solibus, aſteriſcis, roſis; De Muſis in achate Pyrrhi Regis, quam Plinius recenſet, de capite Paniſci in diffiſſo Saxo

Chiorum, cujus Cicero meminit in Lib. de Divinat. De capite Regio diademate Inſigni in achate, quem monſtrat Venetiis Baſilica D. Marci; De ſummi Pontificis ter coronati imagine, quam citat Agricola, aliiſque Islebienſium minerarum iconibus; De Simia in lapide Aldrovandi, de Gallina Muſei Weimarienſis; De iis, quæ imitantur artem; De ſolidis clavibus Nidrofienſibus Wormii; & de picta Svecica in Saxo prope Sigtunam, cujus delineatio in Svecia Illuſtrata nondum edita. De fibulis Haſſiæ, quæ monti integro nomen dederunt Spangenberg; De cultris pugionibusque Mexicanorum, ante ferri uſum, de cuſpiditus telorum haſtarumque; de cavis nummis Gothicos æmulantibus; de patellis Blanckenburgenſibus; de lapidibus ollaribus &c. Haud prætereundæ ſilentio eſſent literæ in Achate Theſauri Cæſariani, quem Lambecius recenſet, ſi novæ artis invento poſſent probari antiquiores. De nautilis Indicis, quos notant numeri muſici; de talis Badenſibus, non cumulate, ſed ſingillatim effodiendis, & tanto temporis tractu effoſſis, quorum exactis æqualibusque numeris quod mirandum magis ſit, nulla protulit terra. Suffici⁻ ad eorum aſſerendam veritatem auctoritas quotidianorum teſtium oculatorum, & maxime in pacis poſtremæ tractatione legatorum Cæſarianorum Gallicorumque conjuncta perquiſitione ſuſceptum graviſſimum examen. In tranſcurſu hic non eſt prætereundus lapis cum naſcentibus minoribus talis, numeris ſignatis & petræ hærentibus. Quales nuper in monte Legritia, ut narratum eſt, effoſſos Cæſarique oblatos cuſtodio.

De cubis, quos tot generum mineræ formant, timendum non eſt, ut quidem de numeris, niſi Badenſium quotidiana exempla pro illis militarent?

Quid tandem de iis, quæ fidei ſiſtunt myſteria, de Servatoris Chriſti, Sanctiſſimæque Matris Virginis, &c. tot imagi-

imaginibus? Quæ in lapidibus haud liquet, cur magis debeat mirabiles videri, quam in floribus Satyrii Antropophori, in radicibus, ut Mandragoris, in lignis, ut Lapponum idolis, quæ manu fieri apud eos nefas eſt, &c.? In bis equidem ingens differentia agnoſcenda, inter ea, quæ raro & quidem diſſimili forma apparent, ut cancri fluviatilis quædam in fiſſili tantum lapide deprehenſa veſtigia, & ea quæ determinati generis pares ſemper ſpecies exhibent, ut Echinites, ut conchites, ut orbiculati cancri ſive Paguri maſſæ integræ ſiliceæ. Illa ad naturæ ludentis caſus videntur referenda; Hæc ad opera, quibus ubique Deus præſtabilitas certas formas adſignavit; ut ejus in iis Majeſtas tanto ſplendidius eluceret, quanto in occultatis quandoque rerum finibus magis abſconditur; nam quid prohibet ſemina, naſcendorum compendia, ex. gr. in conchyliorum, coralliorum ſtructura, minerarum ſali, æque ut marino, adſerere? Siquidem ſalium ejusmodi per meatus ſubterraneos communicatio non demum ex rerum omnium deſtructione & mixtione petenda. Neque ſpecierum diverſitas pro luſu habenda, ex. gr. quum gloſſopetrarum varia magnitudo, jam ad avium vel Natricum linguas, jam ad Lamiæ dentes; quum cornua Ammonis ad nautilos, ad arietes, ad ſerpentes pertinere putantur. Quod ſi, ut ad mea redeam, in campis apertis terra tantùm mollior depreſſiorque everſa credatur, & nova collium ſtrata formaſſe, quomodo ad easdem ſectiones in antris excelſis & ſaxeo muro cinctis ſternendas gravem mineris terram æquis partibus in locum tam ſublimem extulit? &, ſi extulit, cur vacuas reliquit alias minoris aut ejusdem altitudinis cavernas, quales ſunt aliæ ſteriles, & qualis eſt vicina huic, patulaque ex altera oppoſita parte ſpelunca, ſilicibus pavimentata. Tandem ſi vortices ſubterranei non potuerunt tantum aquarum emittere, quanto erat opus ad inundandam ſuperficiem Sphæricam altitudinis 15.

 cubi-

cubitorum, qua *operti ſunt omnes montes excelſi ſub univerſo cœlo* Gen. 8. 19. unde in aquis cœleſtibus dulcibus & levioribus tot marina? Taceo repugnantias, ſi credatur diluvium intra tempus, quo cœpit ſedimentum, integra cadavera Elephantina & conchylia, ſi natant tardiſſima, ſi non natant, gravia, ex natali ſolo in Germaniam vexiſſe.

At de contentis quam continente magis ſum ſollicitus; cur pro animalibus portentoſis non leves & obvias res; cur non homines? Cur non animalia nota? cur non promiſcue, quæ mixta vexerunt aquarum turbines, eodem loco ſepelivit Diluvium? Quî poteſt tanta certis argillis, certa Oſteocollæ genera, certis lapidibus certas impreſſiones ſervans ſecernensque induſtria cadere in fortuitos fluctuum caſus? Dubitare, non decidere audeo, nec forte Whodwardo alicui in Anglia Luidium, vel Dickinſonium; In Helvetia Scheuchzero Langium, In Italia mercatorem commentatori opponendo, ſingulorum ſuffragia meo ſubmittere inverecundo judicio.

Veſtrum, Societates Illuſtres, judicium,
qua par eſt docilitate, ex-
ſpecto.

C. G. Heræus.

Relation de ce, qui ſe trouve de remarquable dans une grande Caverne de la Styrie ſuperieure.

LA belle ſaiſon m'ayant engagé à me promener pour corriger les inconveniens d'une vie ſedentaire, je tachois d'en tirer en même tems quelque profit pour a republique des Lettres, en prénant le parti d'aller examiner une des cavernes les plus ſingulières, qu'il y ait dans le monde, & qui merite aſſurément plus de reflexion, qu'il n' en a été fait juſqu'à preſent, je veux dire de celle, qui eſt en Styrie à 4. lieuës de la Capitale de Gräz dans la route de la poſte ordinaire, où ſe changent les relais, à Retelſtein. Ce fût le 8. de May de l'an. 1719. que j'arrivay ici de grand matin avec un curieux, qui ſe reſolût en chemin de m'accompagner. Les préparatifs neceſſaires ſe firent d'abord. Un peu de proviſion pour dîner là haut, un Compas, des perches meſuresé pour ſervir en même tems d'appuy, des cordes, chandelles, des pieces de bois ſec pour ſervir de flambeaux, un piſtolet pour rallumer les lumieres éteintes, l'uſtencile pour creuſer, quelques Sacs, des guides les mieux informés du dedans de la caverne, deux bons mineurs. L' aſſurance, que j'eûs de la grande ouverture, & d'y trouver une eau claire & fraiche, me diſpenſa de precaution contre le mauvais air. Nous traverſâmes en bateau la Moure, riviére tres rapide juſqu' au pied du rocher le plus haut & le dernier de la Styrie Superieure, il eſt appellé *Cougelloucque*, Kugelluckе. La Caverne, qui eſt au ſommet, porte ſelon l'idée diverſe, que s'en ſont formée les Spectateurs, le ſurnom ou de *Tombeau des Geants*, à cauſe dela grandeur des os, qui s'y trouvent comme enſevelis dans une terre molle, ou

 de

de *Caverne des Dragons*, dans l'eſprit de ceux, qui ajoûtent foy aux traditions des Dragons redoutables aux hommes & aux animaux, dont ils croïent trouver ici les reliques.

Aprés avoir fait le detour de l'avenuë nous ne commençâmes à compter les pas qu'au pied de la Montagne. Nous en comptâmes jusqu' à 2839 avant que d' arriver à l' entrée de la Caverne, dont le fondement eſt compoſé de quatre rochers eſcarpés qui forment autant de terraſſes. Quiconque ne ſait pas bien grimper, ne doit pas entreprendre d' y monter ſans étre appuyé de bons guides & bien munis aux pieds de ces ſortes de fers, dont les montagnards ſe ſervent.

Il y a pourtant à l'endroit le plus difficile trois montées faïtes pas ſeulement pour les hommes, mais ce qui eſt plus ſurprenant, pour les boeufs, qui trouvent là entre les rochers une tres bonne pâture & qui étant abbreuvés de l'eau, qu'on leur porte de la Caverne, paſſent pour les meilleurs du Pays.

Le rocher eſcarpé, qui au deſſus de cette porte forme un mur droit finiſſant en pointe, comme un fronton, ou comme un toit couvert de gazon, repreſente tout à fait une Maiſon fort grande, puisque ſa hauteur égale la hauteur des 4. terraſſes, dont je viens de parler. En haut les jardins ſuſpendus de Babylone doivent ceder au champs de ſeigle & à la prairie qu' un étang refraichit à l' ombre des arbres.

Nous trouvâmes en chemin faiſant des pieces de mineral de fer, dont toute la Styrie abonde & dont les autres mineraux tiennent un peu.

L' embouchûre eſt environnée d' une terraſſe verde aſſés ſpacieuſe, qui decouvre les vuës les plus belles des païſages voiſins.

L'ou-

L' ouverture de la Caverne ſituée vers le Nord-Oueſt recevant l' air du Sud - Eſt forme une veritable porte quarrée de pierre de taille de la hauteur & de la largeur de 180. pieds. Elle eſt gardée par une haye pour detourner les beſtiaux.

L' on ne ſauroit étre que frappé d' étonnement au premier aſpêt de la plus belle voute qu' on ſe puiſſe imaginer. L' on ſe trouve d' abord dedommagé de toutes ſes peines par la conſideration de cette Structure merveilleuſe, que nul art ne ſauroit imiter. Quand on regarde en bas la terre creuſée par tout en forme de ſepulchres à demi ouverts & parſemés d' os, qui paſſent la grandeur naturelle, aux cotés d' autres petites cavernes, comme des Chapelles ſeparées, au fond la ſombre obſcurité, que les chandelles allumées rendent plus lugubre, l' on ſe rend à l' opinion de ceux, qui prennent ce lieu pour un Mauſolée tres proportionné à la grandeur des os qu' on y deterre, puiſque la longueur des voutes juſqu' au bout, où les plus determinés n' oſent plus ſe gliſſer par les ouvertures étroites des grandes pierres tombées paſſent 1540. pas.

Mais quand on conſidere les Os ſemés par ci par là n' ayant nulle liaiſon, l' on ſe trouve diſpoſé à donner dans le conte des Dragons, qui n' ont laiſſé que des reliques diſperſées des animaux devorés.

Il eſt pourtant tres vrai, qu' il ſe conſerve encore chez quelques curieux des compoſitions ſurprenantes de tétes & de parties de corps, qu' on a deterrées ici, quoy que je n' aye eû le bonheur d' en trouver que deux demi têtes ſans machoirs garnis de dents, malgré la diligence que les deux Mineurs ont employée pendant 24 heures que je les ay laiſſé en haut.

Car depuis que les païſans ont appris, que la poudre de ces os eſt un grand rémede contre les maladies, ſur tout con-

contre l'Epilepſie, & qu' ils ſe ſont aviſés de vendre non ſeulement ces pieces rares aux curieux, mais auſſi les rejettons pour medicine, la terre y a eté tellement remuée, qu' il eſt difficile de trouver des endroits, qui ſoient echapés à leur recherche; C' eſt ce qui fait les ſepulchres â demi ouverts, dont je viens de parler.

A l' entrée de ce Cimitiére couvert d' une voute étonnante, la premiere choſe, qu'on decouvre, c' eſt un fourneau à préparer du Nitre, demonſtration evidente, que le ſel de ce Mineral a le plus de part aux productions merveilleuſes de cette terre. En entrant un os Gigantesque attaché en haut au coté droit de la voute merite une attention, qui contribuë à prouver la generation de ces os, dont il ſera parlé à la fin.

A gauche il ſe preſente d' abord une cheminée auſſi commode qu' on auroit pû la creuſer, auſſi n' avons nous pas manqué d' en profiter pour allumer quelques fagots & pour nous garantir contre le changement ſoudain du frais de la Caverne & de la Sueur, dont nous fûmes echauffés en montant. La magnificence de ce vaſte Mauſoleé contribua beaucoup à l'agrément du repas que nous y fimes vis à vis d' une espece de grotte garnie de roceailles.

Apres avoir distribué les fonctions differentes nous commençâmes la marche à la lumiere de chandelles & de petits fagots. Le peu de fruit, que je tirois de mes premieres decouvertes dans une terre quaſi labourée par tout des violateurs de ces os enſevelis, commença à me degoûter, ſi je n' avois pas trouvé quelques endroits, dont la ſection perpendiculaire nous montroit les couches d'une terre differente par la diverſité des couleurs. Les plus elevées étoient les plus blanches. Cela ne nous enſeignoit pas ſeulement les lieux conſervés & par là plus fertiles, mais nous fit auſſi comprendre, la vegetation de cette terre nitreuſe, dont les écorces

diffe-

differentes, comme celles des arbres coupés horizontalement marquent la durée de diverſes années.

Au 200$^{me.}$ pas le fond eſt deja ſemé de quelques groſſes pierres tombées d'en haut, apparement par la violence des tremblemens de terre. Jci le jour perçant la voute en deux endroits par des écraſures fait un effet ſurprenant & ſingulier.

Au 280$^{me.}$ pas la profondeur des pierres pendantes fait peur.

Au 560$^{me.}$ pas ſe trouve beaucoup d'eau petrifiée en forme de glaçons dans les goutiéres de l'eau, qui paſſent la montagne.

Au 613$^{me.}$ pas eſt au milieu une fontaine, dont l'eau claire ne vient pas de ſource, mais coule d'en haut & repreſente un Jet de la hauteur prodigieuſe de la voute. L'on peut juger de la bonté de cette eau par la qualité de ſon reſervoir qui ne contient qu' une eau de pluye purifiée dans l'air & filtrée encore par les conduits & les pores de la Montagne, avec plus de ſoin, que ne s'en donnent en Eſpagne ceux, qui ſe ſervent de la fameuſe pierre poreuſe de la Mexique pour épurer & filtrer l'eau qu'ils boivent.

Jl faut qu'elle ait pourtant des ſorties ſoûs terre, le peu qu' on en tire pour abbreuver hors de la caverne les beſtiaux n'égalant pas l'affluence d'en haut.

Jl ſe voit ici des trous, qui ſans percer la Voute entrent dans ſon epaisſeur à perte de vüe.

Au 643$^{me.}$ pas des Montagnes de pierres tombées rendent le paſſage fort difficile. Ce ne ſont plus des ſepulcres de terre. Ces rochers dreſſés repreſentent avec plus de ſurpriſe tout ce que les pierres levées des tombeaux Gothiques ont de ſingulier.

Mais au 842$^{me.}$ pas la terraſſe que forment ces rochers mouillés & gliſſans à la hauteur de plus de 10. toiſes & à la longueur de 100. pas, eſt nommée le Theatre du milieu.

Der

Der Mittel-Bogen. De là on arrive ici à une chûte d'eau, qui paſſe en grandeur toute cascade. Les pointes des goutes petrifiées ſont deja toutes emportées. Je pasſerois ſous ſilence les glaçons d'eau petrifiée, qui ſe trouvent par tout au moins les troncs, qui reſtent des piecés emportées, comme une choſe aſſez commune, ſi cela ne ſervoit pour prouver la diſpoſition petrifiante, que ces ſortes de Cavernes ont de commun entr' elles.

Jl n'y a pas moyen de paſſer d' ici les ecueils mouillés ſans ſe faire tirer par des cordes. Encore le paſſage eſt-il ſi difficile, qu' il ne faut pas conſeiller à quelque curieux que ce ſoit de ſe fourrer dedans Et qu'il n'y a nulle apparence que des beſtiaux vivants euſſent pû s' y fourrer. Jl faut ſe contenter d' y envoyer les guides les plus verſés en les aſſiſtant des ſecours neceſſaires pour deterrer en ces lieux moins frequentés & moins epuiſés des choſes plus curieuſes ſur tout des dents ſemées ça & là, comme celles de Cadmus. C'eſt dommage, que cet accés preſqu'impenetrable coupe le plus beau ſpectacle des Voutes trois fois plus hautes & plus larges, que celles du devant. Les paſſages etroits entre les pierres tombées forment un labyrinthe, où l'on ſe peut perdre à tout moment ſans l'invention d'Ariadne, car la voix ne ſert de rien ici, on ne ſ'entend point à cent pas. Pour ne pas payer cher la curioſité, la comparaiſon de ce que l'on a vû, avec moins de peine & de danger peut ſuffire, pour ſe faire une idée du reſte, que la ſeule étenduë groſſit.

Dans cet antre affreux on ceſſe de marcher ſur la terre molle, le fond en eſt plein de cailloux & ſterile comme celui d' une autre Caverne oppoſée de l'autre bout, qu' une porte plus baſſe & voutée en demi cintre ouvre du coté du Nord à l' autre extremité de la Montagne. On n'y arrive qu' au dehors par un grand detour, le paſſage d' une porte à l' autre étant coupé au milieu par des rochers impenetrables. Cette caverne tout à fait expoſée au Nord n' eſt memorable, que pour montrer ſes diſpoſitions contraires d' un froid

froid intolerable & d' un fond deſtitué de ce qu'il faut pour une vegetation ſemblable aux productions de la premiere, où l' air du Sud eſt plus propre à pouſſer les excreſcences d' une terre de Bolus & à mettre en action le ſel du Nitre.

Jl ſeroit à ſouhaiter, qu' une autre raiſon n' empechât de même à l'avenir la recolte des curioſités, qu'a fourni jusqu' à preſent la caverne du coté de la riviere. La terre trop remuée n'y ſera plus ſuſceptible d' une vegetation, qui demande une ſuite de tems ſans interruption. J' appelle vegetation tout ce qu' on admire en ce qui s'y trouve & qui deviendra de tems en tems plus unique à meſure que le fond ſera epuiſé. Car au bout du conte tout ce qui paroit extraordinaire dans cette ſtructure prodigieuſe, n' eſt pas comparable aux merveilles que couvre la terre. J'en ay fait tirer une bonne quantité. La ſeparation faite, pour ne perdre rien, les rebuts ont eté donnés à un païſan, qui fait commerce de ces os pour l' uſage de la medecine. Le mediocre a eté donné à l' hôte de Retelſtein pour en divertir la curioſité des paſſans.

Ce que j'ay choiſi conſiſte 1. en deux Cranes de têtes de la grandeur & de la figure de celle d'un veau, les ſutures & les proportions y ſont admirables. Jl n'y manque que les os qui renferment les yeux & les machoirs.

2. Deux ou trois grandes machoires garnies de quelques dents, d' autres, où il ne reſte que les trous de dents.

3. Differentes dents, comme des defenſes de ſanglier & d' autres machelieres avec leurs racines, mais dont la largeur ne paſſe pas le diametre d'un écu.

4. Grands & petits os pourvûs au bout de ce qu'il faut pour la jointure ordinaire.

5. Tou-

5. Toutes ſortes de vertebres.

6. Quelques bas de dents, qui auprés des credules occuperoient à bon droit la place des fameuſes couronnes de ſerpents.

A ne regarder que ces pieces choiſies, la figure, la couleur, la legereté ſemblable à la pierre ponce, les fibres, les vertebrés, les creux, la moille des os, tout repreſente ſi évidement des os, que les ſens s'oppoſeront toujours au raiſonnement le plus fort, tant qu'on ne mêt pas en paralelle les bizarreries & les productions monſtreuſes, où le jeu de la nature s'eſt egaré. Toutes fois la ſurpriſe eſt égale, quelque parti que l'on prenne. Si ce ſont des os veritables, qui eſt ce qui peut s'étre aviſé de les enterrer dans un lieu inacceſſible & ne portant aucun caractére d' induſtrie humaine, comme les Mauſolées de Perſepolis.

Pour quoy enſevelir ſi profondement les os de bêtes? Pour quoy les detacher & les diſperſer auſſi ſoigneuſement, qu' il ne ſe trouve aucun rapport de pieces, qui puiſſent compoſer ſeulement une partie raiſonnable de corps? Où trouver des animaux d' une figure & grandeur auſſi extraordinaire? Le recours au deluge, la fiction des dragons, l' idée des Geants, tout cela n' eſt pas à l'epreuve d' un raiſonnement ſolide. Le déluge pour quoy auroit-il laiſſé vuides des Cavernes d' une ouverture égale, mais d' une diſpoſition contraire à la vegetation? Que peut-il avoir contribué à la difformité de certains os, qui n'ont quelques fois qu' un bout regulier, quelque fois rien de reſſemblant à un animal? Comment auroit-il ſçu faire des ſeparations aſſez etudiées pour ne mettre dans certaines Cavernes, que des eſpeces ſingulieres & diſtinctes des autres. Dans une terre des coquilles, des cornes, dans une autre des dents enormes,

ici

ici des petites, quoique l' ouverture de cette entrée ſoit plus capable qu' aucune autre de recevoir les plus grands animaux. La ſepulture des Geants auroit plus de probabilité, s'il s'en trouvoit des os moins equivoques, par exemple des têtes d' hommes, & ſi pour les trouver il ne falloit pas des diſpoſitions determinées d' une terre capable de les produire.

Si au contraire ce ne ſont pas des os veritables, comme un examen ſerieux ne peut les prendre, que pour un jeu de nature, formant ces foſſiles de mouëlle de la terre, *Marga*, qui en ſort comme le ſuc d' arbres, & qui ſe voit ici abondamment dans ſa premiére ſubſtance, avant que le ſel nitreux animé d' un aïr de Sud-Eſt le pouſſe en differentes figures ſelon la diſpoſition du lieu qui en fait la matrice & que le froid avec le tems endurcit.

Si, dis-je, ce n'eſt qu' un jeu de nature, quelle reſſemblance? quelle illuſion?

Eſt-il poſſible, que le hazard puiſſe former ſouvent une Symmetrie égale des jointures d' os des deux cotés d' une tête juſqu' aux ſutures du crane, aux filaments &c.

Pourtant en comparant ces regularités aux irregularités de la même matiére, où la nature s' eſt laſſée de ſe copier; il eſt evident, que des os, qui n'ont nul creux, où l'autre bout finiſſant dans une figure confuſe, n'ont jamais eté des os. Et qu' une compoſition d' oſſements que l' anatomie ignore, n'a rien de commun avec ce que la nature forme pour un uſage regulier.

Il faudra au moins avouër, que ce n' eſt pas toûjours un ſimple jeu de nature, comme dans les images des pierres; Mais qu'elle ſe fixe Souvent à la formation des certaines eſpéces des foſſiles reguliéres, comme les mineraux, les racines, les herbes.

L' inſpection oculaire decide plus ici qu' un diſcours: Principalement dans la comparaiſon de ces foſſiles, à l' *oſteö-*

colla & à l' *unicornu foſſile*, que produit la terre en Boeme, Sileſie, Heſſe, Thuringe, Haute & Baſſe Saxe, & en Styrie dans d' autres Cavernes, dont les Os ſont differens & ſinguliers; prés de Crems à Langenloés, où l'on deterre des dents macheliers plus grandes, que nulle part. Ces ſortes de dents, qui paroiſſent ſouvent en eſtampes, confondent aſſez par la ſtructure ceux, qui les font paſſer pour des machelieres des Geants.

Cette difference des choſes, qui devroient ſe reſſembler d' avantage en tout lieu, ſe trahit. Et tout le merveilleux n' aboutit enfin, qu' à une admiration, que le Createur nous inſpire dans ſes moindres ouvrages, dont il a fixé la formation ſelon la matiére qui les produit.

Les gloſſopetres ou langues de Serpent de Malthe, qui ont pû ſeduire juſqu' à des Bochards pour aller confondre ces foſſiles avec l' hiſtoire de Saint Paul, comme s' il n'y en avoit pas de même en Lunenbourg, en Deuxponts, en Braband; Les Coquilles en Angleterre, à Mayence, à Caſſel, en Suiſſe, Baden & Wirtenberg, où dans la Capitale Stutgard ſe conſerve une collection trés curieuſe de ces ſortes de foſſiles, dont le ſavant Garde Monſ. Schucard a fait des obſervations importantes en decouvrant par le microſcope deja dans les premieres coagulations des formations d' os & de coquilles. Enfin les champignons de pierre, les cornes d' Ammon, Ammonites, la confiture de Tivoli, dont la fameuſe *Caverne de Bauman* montre dans le Comté de Stolberg une table couverte; les empreintes de figures, qui bien loin de resſembler aux creux de corps moulez, penetrent ſouvent quelques couches de pierre; tout cela qu' a-il de moins ſurprénant?

Comme il ſe conſerve au Chateau de Neuſtatt à ſix lieuës de Vienne lès plus grandes pieces de cet *unicornu foſſile* que le vulgaire prend pour des os de Baleine & d' Elefant,

&

& comme il faut deſeſperer, au moins dans les Cavernes deja creuſées, d' en trouver plus de pareilles, ſa Maj. Imp. honorant ces curioſités de ſon attention, a ordonné d' ajouter aux autres ces decouvertes plus proportionnées & plus illuſoires pour en former un cabinet, lequel joint à celui de Stutgard ſera capable de detromper les plus prévenus par un examen rigoureux & par des deſſeins gravés. En augmentant toujours cette collection par les nouvelles decouvertes; qui ne ſeront pas inutiles, tant qu' elles ſerviront à decider une queſtion de Phyſique capable d' éclaircir des faits Hiſtoriques & de partager les opinions des Savans les moins ſujets à une fauſſe prévention. Je dois mettre à ce nombre le celebre Woodword, & ceux, qui ſans examiner les irregularités de la méme production ſe laiſſent éblouir de la reſſemblance de quelques pieces choiſies. Monſ. Camerarius dans une diſſertation ſur les coquilles formées de la meme façon, qui dans les Ephemerides, dites *Naturæ Curioſorum*, eſt la CLXXV. ne ſauroit ſe rendre à cette autorité, ni de Monſ. Woodword, ni de Monſ. Scheuchzer ſavant Phyſicien, qui le ſuit. L' infinité de ces petites coquilles renaiſſantes lui donne trop dans la vüe. En effet nous voyons entre Vienne & Petersdorf renaître ces coquilles à meſure qu' on les emporte. Et ſi dans la Carinthie les Cavernes les plus ſpacieuſes & fecondes en d' autres fictions manquent de ces ſortes de foſſiles, il n'y auroit pas plus de raiſon à s'en prendre au mépriſes du deluge que de croire, qu' il ait fait ailleurs comme à deſſein les ſeparations des foſſiles, que fourniſſent divers lieux & diverſes diſpoſitions vegetatives. Ce n' eſt pas revoquer en doute le deluge, c' eſt ſeulement douter de ſes effets inconcevables, dans les cas, où il n' eſt pas beſoin d' affoiblir cette verité hors de la revelation par des ſuppoſitions moins fondeés;

Pour moy, ſi je me ſuis trop laiſſé aller dans cette recherche, qui n' appartient qu' aux Phyſiciens, on ne peut pas m' accuſer d' étre ſorti de mon mêtier, qui ſeroit trop intereſſé à la perquiſition de ces tombeaux de Geants, ſi c' en étoient. En attendant la deciſion des illuſtres Societés, qui nous font tous les jours profiter de leurs obſervations Phyſiques, je dois me contenter d'une ſimple Relation, & ſans embrouiller la matiére par une vaine enumeration des opinions diverſes, me ſoûmettre à leur tribunal avec une docilité, dont je me feray toujours honneur, autant que je me piqueray d' indifference à l' égard de ceux, qui aiment à diſputer, & qui cherchent leur gloire dans la controverſe.

Ad longè abſentis librarii menda ob litterarum inopiam referatur, atque ad rectioris alibi ſcriptionis normam corrigatur.

1. Quum litteris minoribus, ubi dignitatem, proprium nomen, aut in ſymbolis repræſentatam rem non ſignificant, præter neceſſitatem initiales Romanæ, aut qvum Romanis inæquales majores [ut pagina 117.] præponuntur. 2. Quoties in quadratis litteris U contra morem antiquum adhibetur pro V. & J. pro I. 3. Quum in iisdem AE. contrahitur charactere recentiori Æ in paucis tantum conſularibus numis reperiundo. Quod quidem ob ſcribendi compendium, ſicut alias novitates, & recentiores grammaticarum notarum apices ferre non dubitavi in vulgaribus minutis litteris, quas ipſas prima ſæcula ignorarunt.

Pag. 11. l. 14 pro TVA lege TVAE. p. 12. l. ult. pro APOTOL. lege APOSTOL. pag. 14. Lin. 3. pro Virdobon. lege *Vindob.*

p. 55. verba: *Adjecta litera denotant extran. ſculptorem*, poſt mutatum numiſma a Cæſar. Sculptore Dno Warou locum jam non inveniunt.

pag. 81. lin. ult. lege *annus* pro unus.

pag. 89. lin. 5. lege *ſignum* pro mgnum.

pag 109 lin. 5. lege pro Nov. *Oct.* ut ſeq. pag. 112. lin. 17. rectiùs.

p. 149. lin. 17. pro genetrix lege potius genitrix. Quia verbum genetrix antiquis Inſcriptionibus, quam Virgilio uſitatius eſt.

pag. 143. lin. 5. pro prædicunt lege *prædicant.*

pag. 143. lin. 19. pro Majeſtati lege *Majeſtatis*, ut ſit genitivus.

pag. 161. lin. 32. quum pietatis nomen non ſatis exprimere viſum ſit erumpentem affectum, detur venia v. *Zelo.*

p. 162. lin. 6. pro EXORNANTO lege ECSORNANTO.

p. 163. lin. 4. Feſtum Regium pro feſto Regiæ inaugurationis die. Feſtum pro feſto die, quia Ovidio probatum, cum litera initiali majuſcula hic potius adhibetur, ut terminus *Feſti Regii*, cui vivente Rege Friderico annuæ celebrationes in memoriam Regiæ inaugurationis deſtinabantur.

pag. 165. lin. 3. & 4. commutatur Aſteriſcus indicans numismaticam Inſcr. *ſalus generis humani*, cum ſigno exclamationis præced.

pag. 166. pro necquicquam lege *nequicquam* prout Virgil. & Cicero. Alii cum Joh. Pierio ex antiqua ſcriptione *nequiquam*. ut pag. 213. initio.

pag. 169. lin. 18. pro Latino Othonis Germanicum nomen *Otto* de induſtria cum dupl. tt. ſcribitur ab antiquo Germ. Uto vel Huto, cuſtos, Huter / unde non Bohem. ſed German. nomen Ottocarus, quaſi cuſtodiens agros. vid. Schottelius.

pag. 181. lin. 10. pro IPSE lege IPSA.
p. 182. lin. 22. pro LITTORA lege LITORA. ut alibi rectius.
p. 191. lin. 2. pro NOSTRAS lege NOSTRAE.
ibidem pro ſubditorum communi vocabulo mallem *civium*.
pag. 197. lin. 6. pro vendicat lege *vindicat*.

p. 212. In fine pro Ecclipſis lege Eclipſis ut pag. 176. lin. 17. rectius. p. 216. lin. 3. in Voce IMP. eſt omiſſum I. pag. 219. l. 6. pro dercta lege decreta. pag. 221. l. 17. ad Maternum adde, genus. pag. 232. lin. 17. leg. formæ. p. 254. Lin. 7. lege tranquillam p. 257. lin. 4. lege monimenta. p. 258. Lin. 9. pro cum lege eum. p. 276. Lin. 4. pro radias lege radios. p. 299. Lin. 12. pro Rubertæ lege Rupertæ p. 302. l. 24. pro Raſtadienſis lege Ranſtadienſis. p. 307. l. 3. lege judicare. p. 310. Lin. 30. pro inaudito lege incondito. p. 313. Lin. 1. pro libaratos lege liberatos. Lin. 9. Lege Vezirii. Lin. 13. pro invidatur lege invitatur. p. 331. Lin. 11. pro perſpicuiſſima lege perſpicaciſſima. p. 333. lin. 11. lege Volkmanni. Et Lin. 14. lege Luidio. p. 335. Lin. 24. lege: non argillaceum modo; ſed etiam arenoſum.

In aliis ſi diverſa ſcribendi ratio toleratur documentum ſit, ſatis æquo marte utramque defendi, nec mihi me in dubiis cenſorium munus arrogare. Ita *exultans* ſcribendo & *exſultans*; *Exequiæ* & *Exſequiæ*, *expecto* & *exſpecto &c.* ſequor non modò doctos noſtra ætate, omittentes S. & ponentes æquo jure; ſed etiam priſca marmora, quæ pro antiquiore C.S. ſubſtituto X. [ut conſonantis duplicis compendio] interdum, ſed rarius addunt S. VIXSIT EXSTRVXSERVNT &c. FACSIT & FAXSIT. Nec non antiquorum MSS. accuratiſſimum Virgilii Medicæi exemplum,

plum, in quo legitur tam *exequitur* quàm *exſequerer*, tam *extruis*, quam *exſtructo*; ita tamen ut frequentiùs omittatur S. Mihi vero judicium ſuſpendenti ſatis eſt, quod X. ſolum pro antiquiori C.S. non mendosè ſcribatur, quodque antiquus Grammaticus Velius Longus pro mea ſtet ſententia; quum aſſerit: *Expectare & exſpectare uno modo utrumque ſcribi licere, nec timendam eſſe eam ambiguitatem, quæ eſt multis verbis familiariſſima, cum in litera X. etiam S. poſita ſit & compoſita.* Facile hic parum experti excipient pauca in quibus exprimere S. jubet uſus, ut *exſignare, exſcribere.*

1. In *littera* duplex t. probatur antiquis lapidibus; at ſimplex t. derivatione a lituta. Frequentius hic invenies littera.

2. Scriptum aureo ſæculo *ſolemne*, ut plurimum imitor; neque rejicio *ſolenne* ex Etymologia ejus quod, Feſto interprete, ſolet annis certis fieri.

3. Ob derivationem græcam rectiùs videtur ſcribi *Tropæum*, *numus* & *Stylus*, quam Trophæum, nummus & ſtilus, tamen reſiſtere interdum nolui doctis quibusdam viris aliter ſcribentibus.

4. pag. 31. pro *Cæremonia* malo legi *Cærimonia*, ut alibi rectiùs.

5. *Teda* & *tæda* in antiquis ſcriptionibus.

6. *Paullum* vel Paullo & *Paulum* vel Paulo, quum ſit utrumque diminutivum a paululus, & utrumque receptum uſu; non decido. Stat pro ſimplici l. productus ſupra Antiqu. Gram. Velius Longus. Malo tamen cum erudituſſimo Cellario ſcribere *paullum* & *littera.*

7. Sunt priſcæ elegantiæ aſſertores, qui *cauſſa*; ſunt qui *cauſa*, ſecundum veteres lapides codicesque ſcribunt: Pro cauſa ſimul militat auctoritas Priſciani.

8. Stylo noſtro publico fuit indulgendum, ut *Hungaria* potius ſcriberetur quam Ungaria. Nam ab origine non Hunnus dicitur ſed *Unnus*, Unde *Unga vari* ſive Ungari.

9. In *quum* & *cum* tantum quidem abeſt, ut lit. C. ſit innovata, ut ſit potius antiquior littera Q. pro C ſubſtituta & ejus vim habente. Utque inſcriptiones veteres confirment *cum*; tamen ab optimis auctoribus adhibitum *quum* tunc ſe maximè tuetur, quum ad differentiam præpoſitionis *cum* ſcribitur. Ita mallem p. 99. lin. 9. legi *quum* pro cum, prout pag. 31. lin. 1. & alibi legitur. In aliis, contra lapides antiquos non affecto ſcribere loquutus, ſequutus &c. multò minùs ita ſcribentes improbare.

Iſtam non in me cadentem cenſorii ſupercilii ſuſpicionem ut a me averterem, malui in minùs certis utrumque ferre ſcribendi morem & ipſa hac verecundia meam apud ſeveriores Judices cauſam dicere; exemplo antiquarum inſcriptionum, quæ in uno ſæpe lapide duplex ſcribendi genus oſtendunt, ut in celebr. Cenotaphio Lucii. MAXIMUS & MAXSIMUS. Taceo Codices MSS.

Nec verò vellem, quenquam exiſtimare, iſta me in minutis quæſtiunculis animadvertentem de ipſius aut integritate aut concinnitate ſtyli adeo ſecurum eſſe, ut nihil monendum habeam de his, quæ abrepto prava conſuetudine, aut imprudenti exciderunt. Quæ minùs ſe prodit anxietas, ſi abſolvit ab arrogantia, excuſabit negligentiam; At negligentiam in aliis omnibus magis deprecandam, quam ubi inſcriptionibus forte contigit, ad priſcam &, verbo Petronii, pudicam ſimplicitatem paullo accedere propius, quam ad labentis Imperii & novarum quarundam inſcriptionum ſubtiles argutias. Sit aliter ſentientibus integrum, in calamiſtris, in longè arceſſitis & ambiguis dictionibus laudem quærere, ut pariter fas ſit, alios omnino magiſtros ad imitandum mihi proponere, & partes planam rectamque dicendi rationem inſtaurantium, ſi non exemplo juvare, inſtituto ſequi ſaltem; Immo ipſum vanæ operoſæque artis neglectum, niſi id etiam vanum, affectare.

X
C.124
SPECIAL 84-B
31964
BOUND
W/:
85-B
3621
THE J. PAUL GETTY CENTER
LIBRARY